



# Rationis Latomianae pro Incendiariis Louaniensis Scholae Sophistis redditae, Lutheriana Confutatio.

<https://hdl.handle.net/1874/429977>

*Luther*  
**C R A T I O N I S L A T O M I A**  
næ pro Incendiariis Louanien-  
sis Scholæ Sophistis red-  
ditæ, Lutheriana  
Confutatio.

Vuittembergæ.

1521.



**S** C I H E S V S.  
**E** INTEGERRIMO VIRO D. IVSTO  
Ionæ, Collegii Ecclesiastici Vuittembergen.  
Præposito, suo in domino Maio.  
ri. Martinus Luth. in Do-  
mino Salutem.



**T** EGO magistratui tuo recens inito  
suaissime Iona, gratulari cupiens, cum  
ipse adesse non possem, statui hunc La-  
tomū meum ad te mittere, non iam eū  
qui linguarum peritiam calumnietur.  
Concidit enim iste IESBIBENOBVS virtute Abisai  
nostrī, ne quid metuas, Sed nec eum, qui malignis mo-  
destiæ fucis & inauspicatis vocum versuciis Louanien-  
sium incēdiariorū crimen serus patronus iustificet, quē  
te credo vidisse hominem scilicet gloriante in DOMI-  
NO PAPA ET BVLLA EIVS. Eum autē mit-  
to, qui Lutherano februō lustratus mitius habere videt,  
a lamiis & lemuribus, quibus hactenus agitatus, agita-  
reç solitus est pia corda. Si hanc rationem in tempore  
reddidissent, & ante factū, vt decebat sapientes istos vi-  
ros, consuluissent, libellos meos neç damnassent neç  
exussissent, neç nunc stultorū more post factum demū  
consulerent, tantū me, spero, effecturū fuisse. Satis medo-  
cet hoc libro Latomus, quā facile fuerit illis absente Lu-  
thero, in suis angulis garrisire. hoc est hæreticum, hoc  
est erroneum, quod in publico nullis freti viribus ausi  
fuisserattingere. Denicç persuadeo mihi, nō fuisse vn-

**A D V E R S V S   L A T O M V M.** S.

quā prodituram hanc egregiam rationem, nisi bulla si-  
duciam eius inflasset, qua gloriatur Latomus suū factū  
comprobatū, somnians adhuc bullarum antiquos an-  
tiquatosq; terrores , atq; hinc orbem suo libello pauesa-  
tum confidit, vt audeat iam sine timore in Lutherum,  
tremendis dei scripturis ludere. At ego nollem non pro-  
batū tale factum tali bulla. Rursum, nollem me nō dam-  
natū tali bulla. Omnia belle congruūt, bulla , causa, Ju-  
dex, patronus , a quorum consortio & contagio seruet  
me dominus Ihesus & omnes pias animas. Amen.

**N**on facile vero credas , quā inuitus a literis pacificis  
Christi, quibus me in hac pathmo dederam auulsus, ve-  
pricosi & senticosi Sophistæ nugis legendis tempus im-  
pendi, videns hominē a planta pedis ad verticē vscq; sō-  
phisticum , tum Bullæ vesica turgentem ea confidentia  
scripsisse ut iā nec diligentia nec iuditio sibi opus fuisse  
putarit , contentus est futire, quicquid vel legerit vel in  
buccam venerit, Quibus molestissimū est respōdere, vt  
in quibus nec ingenium exercere,nec eruditionem alere  
possis, & tamen optimas horas perdere cogaris. Suspi-  
cor hominē credidisse Lutherū, aut e medio sublatum,  
aut perpetuo silentio damnatū esse, quo rursum libere  
publicum occuparent tyrānide sophistica,cuius immi-  
nutæ ruinam non leuem mē culpam faciunt,atq; vtinā  
plena esset ruina, vt plena hac culpa, septies irremissibi-  
li ( si sanctissimis bullarū pontificibus credimus ) pecca-  
re liceret in mortem vscq;

**V**ereor autem ne dum de gratia & operibus bonis fortiter pugnamus, interim & gratia & operibus nos ipsos priuemus. Ego quidem intutus horrenda ista irae temporum, aliud non peto, quam ut dentur fontes aquarum capiti meo, ut flere possim vastationem istam nouissimam animarum, quam operatur regnum istud peccati & perditionis. Sedet portentum Romam in medio Ecclesiae & venditat se pro deo, adulantur pontifices, obsequuntur Sophistae, & nihil non pro eo faciunt hypocritae, interim infernus dilatat animam suam, & aperit os suum abscessu termino, & ludit Satan in perditione animarum. Nec in nobis est, qui serio & cum lachrymis stet in die furoris huius & opponat se murum pro Israel. Hinc plenus indignatione in istos sacrilegos Latomos, qui in his seriis sophisticant, & nos meliora intermittere, & suis insanis insaniis occupari cogunt, imprecor in durissimas eorum frontes illud, Erubescant & conturbentur omnes inimici mei, conuertantur & erubescant subito.

**S**ed ne longiore Epistola te morer, ad Latomianorum prestationis capita alio principio respondebo. Tu interim hoc mei in teanimi testimonium agnosce, & roga dominum pro me, ut & ipse liberer a malis (sic enim nunc audeo cum Apostolo) & infidelibus hominibus, qui sunt in ista Babylone, & ostium mihi aperiatur in laudem gloriae gratiae Euangelii, filii sui. Sed & ego dominum oro, ut impartiat tibi spiritum suum, quo decretales Antichristi pestilentissimas, quibus docendis mandatus es non alio studio profitearis, quam quo tibi dixi.

Nempe ut sis Aaron & vestibus sanctis indutus, hoc est  
diuinis scripturis munitus, apprehenso orationis thuri-  
bulo procedas in occursum vastatoris huius in medium  
incendium istud Romanum, quo flagrat orbis prope  
diem alio incendio de coelo per aduentum saluatoris no-  
stri, quem expectamus extinguendum. Ita mi frater, fa-  
cito, ut doceas dediscenda esse, quæ doces, & sciant fu-  
gienda sicut mortifera, quæcumq; Papa & Papistæ sta-  
tuunt ac sentiunt. Cum enim vi non possimus hoc  
publicum orbis malum abolere, cogamurq; has sacrile-  
gas Babylonis prouincias, administrare, hoc reliquum  
est, vt sicadministremus, vt eas lōge alias & patriæ Hie-  
rosolymitanæ aduersarias vastatrices & insatiabilis cru-  
delitatis hostes intelligamus, ne cum iis qui pereunt, in  
quibus opertum est Euangelium gloriae dei, captiuitatē  
nostram etiā rideamus & palpemus. Nec leue puta mi-  
nisteriū tuū si iuxta Papæ excrementa venenosa, & insa-  
niss. insanias salutare & viuificū Euangeliū Christi com-  
posueris, vt iuuentus habeat antidotum aduersus hoc vi-  
rus, cuius odor etiā occidit hominē, donec discat per sele  
reprobare malū & eligere bonum. Is tibi esto cōmenda-  
tus Emanuel. Confortare igit& esto robustus, & Baal-  
phogor, istū ne metuas, cum vix sit Baal zebub, hoc est,  
vir muscæ, si credimus tamē, quoniā Iesus Christus est  
dñs benedictus in secula Amē q; te & ecclesiolā suā apud  
vos perficiat consolidetq;. In quo vale. In loco peregrina-  
tionis meæ. Octava Iunii, M. D. XXI.

S

L Y T H E R V S

**CAD PRAEFACIONEM LATOMI.**

**C**Primū criminatur Latomus, me verbotenus mea submisisse Papæ ab initio, hoc quidem pro sophistica fiducia fingit. Ego vero doleo, me tam serio submisisse. Ex animo enim nihil aliud tum sensi de Papa, Conciiliis, Vniuersitatibus, quā quod vulgo audiunt, quan- quā enim multa mihi corū absurdā viderent & a Christo alienissima, infrenaui tamen cogitationes meas, ultra decenium illo Salomonis. Ne innitaris prudentiæ tuæ, semper arbitratus in Academiis latere theologos, q̄ si impia hæc essent, nō silerent, tum vix alibi minus putabam esse tam crassos stipites & asinos, nunc autem & malos, quā Louanii. Creuit autē intra cauſsam, ut rerū cognitio, ita & animus, cū illi suā inscitiam & nequitiam, in hoc signum contradictionis offendentes, egregie procederent. Quas nisi tam immani copia reuelassent, & simulare ultra potuissent, certe me stultū in finem vscq; de- mentassent. Gratias autē ago domino meo Iesu Christo: qui pro hac tentatione, me centuplo temporali huius scientiæ honorauit, ut iam persuasissimus sim, Papam esse portentū illud ultimum omnibus scripturis prædi- ctum Antichristum. Vniuersitates vero Synagogas Sy- nagogarū Satanæ, in quibus Sophistotheologi, Epicu- rei illi porci suum regnum regnant.

**C**Longe me abesse a modestia Euangelica dicit, quā do- ceo, præsertim in eo libro, quo illis ipsis Louaniens Sos- phistis respōdi, cū mea doctrinaliter damnassent. At

A D V E R S V S L A T O M V M.

nunquā exegi, vt me quis modestum aut sanctū habe-  
ret, sed vt Euangeliū omnes agnoscerent, data licentia  
in meā vitam grassandi cuiusvis libidini. Hoc tamē glo-  
riatur conscientia mea, nullius vitā aut famam esse a me  
laesam, solum dogmata, studia & ingenia in verbū dei  
impia & sacrilega, acerbius insectatus sum. In quo, vt  
non deprecor culpam, ita non sum sine exemplo. Iohā-  
nes baptista & post eum Christus vocat phariseos, geni-  
mina viperarū, immodestissimo & atrocissimo male-  
dicto, in tam doctos, sanctos, potentes & honoratos vi-  
ros, vt eum rursus, demoniū habere dixerint ipsi. Si hic  
Latomus iudex fuisset, obsecro quæ sententia illos man-  
sisset? Alibi Christus, cæcos, mendaces, prauos, filios  
diaboli vocat, Paulus vero (deus bone) quā est ab euā-  
gelica modestia remotus, dum anathema facit, Magi-  
stros Galatarū magnos, vt arbitror, viros, alios canes, va-  
niloquos, deceptores, tum Elymam magū, filiū diabo-  
li, plenū omni dolo & fallacia criminat in faciem. Nec  
puto fas esse Sophistis, vt animū meum iudicent, cum  
opus meū ab Apostolis Christo & prophetis dissentire  
non videant, sed modestia Euangelica, nostro seculo,  
præceptoribus Latomis ea est, quando impiis & sacrile-  
gis tum pontificibus, tum sophistis, genu flexo dicimus  
Gratioso domine. Gratia vestra benefacit, Magister no-  
ster eximie vestra excellentia bene dicit. At si eos dixeris  
id quod sunt, indoctos, stupidos, impios, sacrilegos in  
verbum dei, cum inæstimabili pietatis & animarum  
iactura, tum vniuersum Euangelium læseris,

**C**aeterum, si his palpatis, omnes mortales vel occides  
ris & orbem subuerteris, non fueris immodestus. Quā-  
do enim Latomus Papam criminaretur immodestia,  
tot bellis & malis artibus insanientem? scilicet adeo pen-  
det Euangelica modestia & immodestia in solis pontifi-  
cibus idolis, & sophistis idiotis venerandis. Deniq; bul-  
lam istā sanguinariam, & cuius crudelitatem, nemo pius  
non execratur, etiā si recte damnaret, Modestus ille &  
modestia tum exactor tum laudator Latomus, non so-  
lum non criminatur, sed laudat, iactat, confidit, gloriāt  
in ea. Isti sunt viri illi sanguinū & dolosi, qui modestiā  
verbis & vultu simulant, interim, non nisi cedes, minas  
& sanguinē spirant. Nemo mihi eū virum integrum &  
modestū esse persuadebit, cui ista bulla placere potest.  
Malo ego apertus esse & neminē blandicia fallere. Hoc  
possum testari, Cortex meus esse potest durior, sed nu-  
cleus meus mollis & dulcis est. Nemini enim male volo  
sed omnibus opto mecū quā optime consultū. Porro du-  
ricia mea ut nemini nocet, ita neminē fallit, q; me vitat,  
nihil a me pacietur, qui me fert, lucro augetur. Salomon  
dicit Proverb. xxviii. Qui corripit hominē, postea gra-  
tus erit, præ illo, qui blandus est lingua.

**D**einde in meū crimen augendū inducit senem quen-  
dam de Ro. Episcopo reprehendendo disputantem, qui  
sibi visus sit sapiens. Nam sententia propria est, necq; ta-  
cendū necq; loquendū penitus, modum vero huius, su-  
pra suū captū esse. Nec mirū, referenda fuit gratia tantæ

bullæ, pro qua etiā ea ignoranda sunt, quæ pueri sciūt, rursum scienda, quæ vel angelī ignorant. Nā Latomus Magister Theologiæ, diuina hoc titulo scire sese professus, quæ & hoc libro defendit, vt callentissimus eorū, adhuc ignorat humana ista quottidiano vſu præsentia miser, nec quid periclitantibus animabus consulendū sit nouit, interim tamen certus, qd agant animæ in purgatorio, tum remotæ a sensu, tum nihil de earum statu testantibus scripturis, cū velint omnia Papæ & sua in scripturis contineri abunde. Sed si namus quæſo sophias mores suos implere, neq; enim eos, præter hypocrisin & adulationē & mendaciū, quicquā recte decet. ¶ **V**i-deamus sapientē viſum ſibi ſeniem, qui tres modos præſcribit, Primus, vt principes & cōmunitates, desinant postulare iniusta, & quæ vltro oblata forent refutanda, tum ipſi primū incipiamus carere, quæ in Papa reprehendimus, cū insolens ſit vitium in principe non ferre, quo ipſe laboras. Alter modus eſt oratio. Tercius tolerantia. Hæc ille sapiens.

**P**rimus ergo eſt modus optatiuus, ſcilicet cogitatio que dālyt cogitemus, exēpli gratia, Si alinus volaret, alinus haberet pennas, ita cogitemus, ſi nemo postularet indigna, Papa fieret melior. Cur autē non etiā ſic cogitamus, Si Papa ſcipſum emendaret, tum nemo postulare audearet indigna? Sed quid fiet in his, vbi Papa ( quod plurimū facit ) non postulatus, ſed proprio furore iſlanit? tum quod omniū maximū eſt, Euangeliū non curat, &

L V T H E R V S

nullum Pontificis officiū facit, i. Timot. iii. descriptum? an sufficit hic cogitare si nemo indigna postularet? Iam nonne per totū orbem ita cogitamus, non modo quod sapiens dicit, sed id quoq; quod ego adieci? Quis n. nō ea optat? At quid potest amplius? Quis em̄ excepta dei virtute (quā in secūdo modo per orationē queri docet) principes & cōmunitates teneat? nec hoc consulit vt q̄ tentet, scilicet principū & populorū culpa est, Papā esse malum. Quin cogitemus, si diabolus eum desinat equitare fieret bonus, & in diabolū torqueamus, quod Papa malus est. Hoc consilio posses vti & pro te & cogitare, vtinā hic & futuro beatus sim, iste enim esset optimus mōdus perueniendi in cōclum. Igitur primū consilium huius sapientis, mundus excedit etiā. Iam pro quo magis oratur vbiq; quā pro Papa? Itē cuius tyrannis toleratur æquabilius q̄ Papæ? Vbi est ergo consiliū istius tam sapientis? Quā pulchrū idolum nobis e Papa facit tam sapiens vir, vt oues primo incipient sese pascere, & populus viā ipse dirigere, & pastori pascua & duci vestigia parare. Sed vide quid ei cū Latomo quoq; suo poeta cōueniat. Latomo nō omnino tacendū videt sapienti suo omnino tacendū videtur. Velim hic scire vter mentiat, Poeta vel poema? Aut em̄ Latomus mentitur eum sibi sapiente videri, aut mentit, sibi non omnino tacendū videri. Sed nec ipse sapiens sibi constat qui tacendū suadeat, & tamen e Papa prostibulum facit, dicens eum largiri iniusta & refutanda, quæ vltro offeruntur,

**Q**uā scite dixit Hilarius, difficilem fore causam veritatis tueri aduersus impios, si tantū consuleret prudenter, quantū audet impietas. Sed perge, mysteria sanctae huius adulationis videamus. Ferendum (inquit) principis vitiū, quo tu laboras. Ut ergo omnes taceant (nam generale est silendi mandatum, huius Latomiensis sapientis) omnes eodē vitio laborabunt vel inuiti. Aut certe illis permitteſ coruptio, qui non laborant eodē vitio, quos cur tacere igitur iubet? Ego ex animo faueo tam aptam & consultā gratitudinem, Bullæ isti cōprobratrici. Sed cū in Lutherum propriæ ista scena nimirū ingeniosa instruēta sit. Velim doceri, quod illud vitium eius sit cum Papa principe cōmune? An vniuersa lerna Romanorum scelerum me reūm aget? Sed quæro, cū prædicare Euangelium oporteat eum qui vocatus sit, omni creaturæ, an Papa sit creatura? Cur ergo non licet ei veritatem palam & libere dicere? Sed satis hæc, Dignam habet ista adulatio mercedem tam stultæ stultitiae. Quare sapienti isto septies stulto & sacrilego, dimisso, nos erudiamur sicut oportet liberi Euangeli liberos confessores eruditiri, & hoc sapiamus ac faciamus.

**Q**uo maior est princeps, præsertim Ecclesiasticus, hoc minus ferat, sed omnium acerrime arguant' eius vicia, nō. n. decet verbū dei esse alligatum propter hominē, nec nouit personarū respectū. Sic psal. c. xviii. Et loquebar de testimoniis tuis in cōspectu regum, & nō cōfundebam. Et psal. ii. q̄s arguit dices. Et nūc reges intelligite, erudimini

qui iudicatis terrā. Exempla sunt omnes prophetæ, qui de vulgo assumpti, reges, sacerdotes, prophetas potissimum arguebant. Christus in Euāgelio quos carpit. Num vulgum? nonne magnates solos? Quæ est ergo pestilens adulatio Latomi, quæ hæc exempla nobis obscurare nitiſ, & ea se ignorare mentitur, quæ pueri sciunt? At Christus erat deus, verum, sed exinanitus est, forma servi accepta, nō arguebat ut deus, omnibus prædicatoriis exemplū factus, ut vulgo parcerent, principibus nō parcerent, quod vulgi calamitas e principū pendeat culpa. An ideo silendū, quod ira dei, mali præsint, ut Latus adulatur? qui Christo aduersarius, parcendū principi, vulgo non parcendū censet, videlicet optimus rerū æstimator, qui vitia nō meritis sed personis metitur, & vicia principū, vulgi culpā facit. Nō. n. vitia, q̄a vitia, sed quia in magnis personis vel paruis sunt arguenda vel tacenda docet. Quid isti hostes crucis volunt nisi ut oculum sit scādalū crucis? sciētes, vulgū sine periculo argui, principes vero non sine præsente malo tangi. At ii sunt mercennarii, canes muti, nescientes latrare, qui vident lupū venientem, & fugiunt, aut lupo sese sociant potius. Nō ita Christus, cuius cornua hærent in vepribus, descensus eius tangit montes & sumigant, gurgustium eius caput Behemoth cōprehendit, qui intrat in gyrū dentium eius formidabilem, qui perforat armilla, maxillā eius, & cū Sansone occidit leones. Breuiter, vniuersa scriptura testatur, quod vox domini cōfringat cedros, montes

**A D V E R S V S L A T O M V M.** A.

Israhel, quercus Basan, turres altas, & non nisi ea quæ magna sunt inuadit, vt apparet etiā cuius pucro, quæ tamen excedunt captū Magistri in Israēl.

**D**ebetur reuerentia altitudini, fateor, sed citra diuini verbi iniuriā, quod est, ipsem̄t̄ deus, cui oportet magis obedire quā hominibus. Quod si cuiuspiā Magistratus viciū ferendum, prophani non Ecclesiastici ferendū est, non solum ideo, quod Ecclesiasticus ex deo nō sit sicut prophanus. Deus em̄ nescit hoc vulgus pontificū, quod hodie regnat, cū solos Euangeliſtas & verbi ministros ordinariit in Ecclesia, sed nec per homines cōstituti sunt, imo seipſos erexerunt inuitis deo & hominibus, similes Gigantibus ante diluuiū, Sed ideo etiā ferendum non est, quod prophani magistratus vitiū nulli sit periculo animarū. Episcopus vero verbi negligens, etiam si sanctus esset, lupus & Satanæ Apostolus est. Nihil differt a lupo, qui pro ouibus non vigilat contra lupū. At cum sciamus diabolū non dormire, Episcopis dormientibus palpamus, imo diabolo cooperātes tuemur, eosq; occidimus & damnamus, qui eos excitant & officii sui admonēt. Quis rogo furor ulterior isto: Maledictus itaq; sit ter, qui hic opus domini fraudulenter facit, & Papam lupo infernali colludentē & commiuentē palpat, nec miseretur tot fratrū suorū misere pereuntibus animabus Christi sanguine emptis. Si nihil aliud scripsisset Latomus, hoc vno tartareo consilio, satis ostendit sese spiritu Satanæ plenū esse. Quomodo spes est, istos Sophistas

scripturas legere, intelligere, docere pio studio? Quomodo pronuncient de doctrina Christiana: deniqz quid salutare ab eis expectes, quibus hoc consiliū sapiens videretur, quod nō constat nisi verbis ipsiusmet Satanæ: qrem Ecclesiae, vitia pastorū, salutem animarum tam leuiter pendit, ac si esset solum culpa quedam tyrannidis prophanae, corpora aut substantias perdentis. Ego plane metuo miser valde, ne in Papam & Pontifices diaconi collusores & socios nimio fuerim & parcus & modestus, nec ipse satis perpenderim milia illa animarum, quas perdit sine fine Antichristus iste, cū pōtificibus & sophistis suis, pestibus illis omniū vltimis orbis terrarū.

**T**At timetur seditio, & illi non sunt meliores, ait Lato. Quā Iudaica vox, nam & illi metuebant, ne Christus seditionem faceret, nec vel pilo siebant meliores, imo fiebant peiores, ergo Christo fuit tacendum? Et quis tibi dixit, non fieri illos meliores? Est ne Theologica definitio? illi nō audient, ergo tu facebis? Seditio, qua corpora vastant, timetur, at seditio quæ vastat animas defenditur, sic prudens vir ille timet ubi timendum est, ut corporalem pacem praeferat saluti æternæ animarum. Quis hunc obnoxium seruum, adulatorem omniū pestilentialissimis consiliis perditum digne queat detestari? Hi sunt quos merito Papa cōprobet, hi sunt, quorum iudicio libri damnandi & exurendi sunt. Nunquam minus est metuenda seditio, quā dum verbum dei docetur. Deus enim, qui deus pacis est, tum præsens est. Quod si idola

Pontifices audire contempserint, & pergent, tyrannidē augere, prohibendo, damnando, exurendo, obrueritq; eos tum vel seditio vel calamitas, ridendū & subsannandū est cū sapientia Prouerb. i. Culpa tum non est verbi dīcti, sed impietatis nō audientis increpationes & correptiones sapientiæ, vt ibidē dicit. Ne autē cauilletur Latomus sese nō de Euangeliō sed de reprehensione loqui, scimus q; Christus Euangeliū ipse nō potuit docere, nisi reprehenderet. Et sapiētia dicit suas correptiones exoslas habitas. Sal terræ est, mordet vt purget, arguit vt sanet, increpat vt saluet, occidit vt viuificit. Qui secus docet, non Euangeliū sed suas adulaciones blatterat.

**V**eniamus ad aliud caput, honestatus Louaniensis insaniā, non vult me leuari suspitione hæreleos, pre-textu disputationis. Quod de iis, quæ propheticis & euangelicis literis definita sunt, disputandū nō sit, vt Leonis Episcopi verba sonant, quæ locuplete adducit. Deinde meū disputandi genus non scholasticum sed hæreticū esse, quod impugnandæ nō quærēdæ veritatis gratia suscepissim. Vt hic scias Latomū sua fingere, iterum dico, ab initio me disputasse ex animo, antequā scirem Magistros nostrōs, idiotas & porcos esse, postea. n. ( vt ipsum faterem ) me nō disputare dixi, adeo vt & ad ignē me obtulerim. Nunq; fuit ista in me simulatio, vt disputatione pretexerem, quod affirmare statuissem, vt mentitur hic vir honestus. Sed finge, me maligno animo videri voluisse disputantem, qua autoritate non licuisset;

Leonis istius? Quis dedit Leoni autoritatem prohiben-  
di? An Latomifides & Sophistarum oscitantia? Chris-  
tus, age, nunquā respondit Iudaeis maligne eū tentan-  
tibus? plus valet Leonis verbū quā Christi exemplū  
perpetua est ista & indomita sophistarū infamia, iactare  
verba hominū & oculere verba dei. Sed illud festiuū  
Leo tantū hoc agit, ne aduersarii disputatione, non prohibe-  
bet respondere. Latomus huc trahit, ne sit opus respon-  
dere aduersario, atq; hoc est consiliū prudentissimū. Lo-  
uanieñ. Scholæ, quo procederent contra Lutherum. Si  
Turca nos aggrediatur bello, quod ei prorsus nō licet,  
nec velit cohiberi, mittemus Louanienses Theologos ad  
eū legatos, qui dicant ei. Non licet tibi pugnare alioqui  
te damnabimus, tum finamus eum grassari, & glorie-  
mur nos esse victores. Proinde nō est iam Pauli consi-  
liū & præceptū necessarium, vt Episcopi amplectantur  
sanā pietatis doctrinam, vt possint contradicentes redar-  
guere & os eorum oppilare, sed sufficit illos non debere  
disputare, & securi sint idiotæ & idola. Quin positis ora-  
tionib; & vniuersis armis spiritus, desinamus diabo-  
lo quoq; resistere, denunciantes ei, Non licet tibi Eccle-  
siam infestare. Quod reuera & facimus. Hæc est fides La-  
tomiana, qua patrum dicta tractat.

**Q**uae vero est præsumptio & arrogantia tā modesti  
viri, vt sua prophetica & Euangelica tam impudenter  
affirmet? Nam Leonis verba, de propheticis & Euange-  
licis sonant. Prophetæ ergo & Euangelistæ fuerunt Lo-

uanien̄: prorsus hoc Lutherus ignorauit, nec præter Latomū credo, vllus hominū norit, magno miraculo. Eadem arrogantia est, quod meā disputationē esse aduersus veritatem asserit, per veritatē, infallibilis iudex & Euangelista, Louaniensiū sentimēta intelligens. Quod statuendum Lutherus stultus, ad iudicem non ad partē pertinere putabat. Sed & hoc sophisticū supercilium & incendiariorū fastus est, nō fuisse conniuendū erroribus meis, scilicet quos nondū quisquā tales probauerat, nec hodie probat. Sed satis erat, quod opinio Euāgelistarū & prophetarū Louanien̄ veritas erat, illis cōtraria. Summa huius concilii, quod Latomus hac præfatione describit, liquido fuisse cernitur ista. Nos sumus Magistri nostri, nos iudices, nos non possumus errare, nobis orbis obnoxius, quicquid dixerimus, articulus fidei, Euāgelicū, propheticum est. Nōne hæc in libello meo aduersus eos plane prædixi, quæ hic confiteat Latomus: Ego si essem hostis huius facultatis, non queām vehementius insectari, fastum, superciliū, temeritatē, inscitiā, hebetudinem, maliciā eius concilii, quā hic Latomus facit magnifica ista præfatione, adeo singuli apices spirant superbiam Moabiticam, & arrogantiā plus quam sophistica. Nō em aliter de ista cōtrouersia loquitur, quā si semper extra omnē controvēsiā res ista fuisset, vt prope nobis deos faciat Latomus, tam insignes asinos, scilicet tantū venti potuit Bulla vna viri vesicæ inflare.

**L**ibros erroneos exurendos esse consentio & probo,

L V T H E R V S

sed nō eos, quos nondū probaueris esse erroneos, vt ar-  
rogantia prophetarū nouorum insanit. Nam & ego li-  
bros Papenses exussi, vt viderent Magistri nostri, non  
esse artis neq; ingenii, papyrū exurere, quod lixæ no-  
stri & pincernæ etiā possunt. Ignis ( aiunt ) nō soluit ar-  
gumenta. Illi in Actis. xvii. nō exusserunt libros, donec  
cognita veritate, scirent eos esse curiosos. Magistri nostri  
id quod leuius erat secuti sunt, sed quod laboris & offi-  
ciū fuit, cordibus fidelium reliquerunt, quia stat sententia,  
Louaniæ non errant. Deniq; male me habet, q; Maxi-  
milianus, quo tempore Iudæorum libros vexabant So-  
phistæ, non verterit consiliū eorum super caput eorum,  
& ablatis omnibus, erucis, brucis, locustis, ranis, pedi-  
culis sophisticis, ad solam & purā scripturam adegerit.  
Hoc enim erat multo saluberrimū consiliū longe magis  
necessarium, quā quod de Iudæorū libris iactabat, tam  
delyris, tā stultis articulis causam fatigantibus, vt me ve-  
hemēter puduerit, Christianissimi nomine, tātas tragoe-  
dias mouerī apud nos, ob istas res nihil a prophetis & se-  
nioribus nostris. Sed nō mercbamus tūc meliore gratiā  
quā nūc speramus prope diem donandā nobis. Interim  
placet vehemenenter, Papā probassē iudiciū quinq; vni-  
uersitatū in ea causa. Quid poterat sese dignius facere se-  
des illa inclyta & gloria, aduersaria vltima Christi?

**¶** Quid sit quod dicit, in ea propositione ab eis dāna-  
ta, Sancti nō vixerunt absq; peccato, se nō damnasse an-  
tecedens, sed cōsequens malæ consequentiæ, seq; mirari,

quod orbis iudicium non metuerimus eos, ob haec damnata insectantes, non intelligo plane. Exigit forte ut orbis prediuinaret eorum dialecticā occultā, qua & in libro utrum videtur, fortasse & ibi ista explicabit. Interim exultationē & ouationē subsanno, quod gloriatur, se adduxisse patres mihi aduersantes, non raro sed frequenter, non obiter sed ex animo &c. nisi velint ( inquit ) eos dixisse pugnantia asserere. Hoc n. nos asserturos Latomus non presumit, certus quod prophetae non sumus, itaque cantatio Pean io Pean, vae victis. Sed nos interim, dum ipsi patres ( quos prius contemperunt ) legerūt, ociosi non fuimus, inuenimusque eos saepissime fuisse homines, errasse, pugnatio dixisse, dormitasse, ut hec etiam ouatio Latomiana super arenā nitatur, ruitura simul atque librū eius aggressus fuero.

**V**ltimo prægustum libelli sui propinat, propinator urbanissimus, & aliquot meos articulos opponi dicit principiis fidei. Bibamus & nos post eum hunc elegantē prægustum, videbis, quae sint Louanii principia fidei. Primus est, Deus præcepit impossibilia, hunc sic tractat vir honestus & rectus, ut respirationē neget mihi, etiam adiecta particula, Nobis, seu, citra gratiam dei, quā non diffiteat in meis libellis additam. Quærimus autem, quod sit istud tam rigidū & inclemens principium fidei, quod neget, nobis, id est, viribus nostris, citra gratiam, esse mandata dei impossibilia. An Paulus? An Christus? An Moses hoc condidit? Non, sed decretellum quoddam humanum, e Hieronymo sumptum, quod est huiusmodi.

Hierom⁹.

Qui dixerit deum præcepisse impossilia , anathema sit.  
 Hoc verbū hominis ambiguū & obscurum, sic iactatur  
 a Sophistis, vt omnibus sensibus clausis, nō nisi vociferantur,  
 Anathema , anathema , anathema , vt eos furere  
 ipsa voce iudices. Huic verbo humano cedere oportet et  
 silere, quicquid scripturæ euidentissimæ & clarissimæ,  
 & copiosissimæ controuertunt , ne syllabā quidē glosæ  
 lucidantis, tam tenerū decretellum admittit, sed rigidissi-  
 mū vt sonat, iactari, omniū auribus obtrudi , omnium  
 cordibus inculcari oportet , periculo maximo fidei &  
 cognoscendæ gratiæ dei, nulla causa, quā quia humani-  
 tis statutū , & Magistri nostri secundū ipsum iudicare  
 solent tanquā regulam infallibilem! Nam liberū arbi-  
 triū non parū viriū ab hoc decretello concepit.

**D**eniqz hoc principiū fidei tam insolens est & ambi-  
 tiosum ceu Romulus quidā, qui sociū suum, ac fratrem  
 Remū non sinat cōmuni imperio regnare. Est enim &  
 aliud decretū satis piū , iuxta hoc scandalū positū, quod  
 sic habet, Qui dixerit nos posse mandata dei implere,  
absqz gratia dei anathema sit. Hoc infelix decretū, nem-  
 nē habet qui iactet, extollat, inculcat, obtrudat, sed fra-  
 tri suo ( vt dixi ) regnū cedere cogit. Hoc nō est princi-  
 piū fidei, secundum hoc Magistri nostri nihil iudicant  
 neqz damnant. Cur hoc? q̄a nimis est diuinū, & oīa ferme  
 Magistrorū scripta huic aduersant̄. Insuper vide ma-  
 gistrorū nostrorū insignem æquitatem , cum non satis  
 esset, latere hoc miserū decretū, adiecerunt, vt pingui glo-

sa etiā euiscerarent, & extinguerent, dicentes, Mandata  
 dei implentur dupliciter, vno modo secundū substanciā  
 factorum, alio modo secundū intentionem præcipie-  
 tis. Hoc inuento effugio, hui quā pulchre eluserunt veri-  
 tatem. Nam hinc gratia nō opus esse duxerunt ad im-  
 plenda mandata dei, sed ad implendā intentionem dei  
 ultra mandata exactā. Scilicet deus iniquus exactor, nō  
 est cōtentus impleri mandata, sed exigit in gratia imple-  
 ri vt gratia sit non gratia sed exactio quædam. Nempe  
 legi dei satisfecit liberū arbitriū & deus in hoc non est cō-  
 tentus, quæ est sententia omniū impiissima & sacrile-  
 gissima. Sed ( vt dixi ) sic agitur cū misero isto decreto.  
 At illud prius, si velis industria pietatis sic moderari, vt  
 impossibile etiā dupliciter caperetur vel in gratia vel ex-  
 tra gratiā. Hic manibus, ferro & igne obsistunt, nec tamen  
 gerē sinunt, sed vt vt sonat, nisi confitearis exclamant,  
 Hæreticus, Hæreticus, Hæreticus, quia decreta patrum  
 negat, nō credit Ecclesiam sanctam, nō tenet principia  
 fidei. Obsecro quid hic facias aliud, quā genimina ista  
 viperarū, igni suo inextinguibili sinas parari? An du-  
 bitare potes, hunc sophisticū cetum synagogam esse Sa-  
 tanæ? Vide quā mihi obiectet vesica ista Latomiana cū  
 fiducia eiusmodi decretū, & quā magistraliter nostrali-  
 tercę taceat illud alterū. Nempe, qđ illudere auribus or-  
 bis voluerit, tantū ne Louanieū impiè egisse inuenirent.  
**A**mplius vero, Huic impiæ & sacrilegæ glossæ vide  
 quantū tribuerint. Docent, per opera secundū substanciā

L V T H E R V S.

tiam facti tantū effici posse, si ex totis naturalibus viri-  
bus fiant, ut deus illis necessario & infallibiliter gratiā  
largaſt. Hoc est, facere, qd' in ſe eſt, cū Paulus & poſt eū  
August. tantis tonitruis inſonēt, hominē ſine gratiā, per  
legē non niſi peiorē fieri. Quod lex irā operet, & intraue-  
rit, ut abundaret peccatū, ita ut huius ſentēiſe ſacrilegio  
vniuersum nouū teſtamentū euacuauerint, & eo nos in-  
ſoſiles nomine tenus, Christianos pduxerint, ut Chri-  
ſto prorsus nullo vſu ſit opus, niſi ut doceat nos ſolum.  
Nā ut de fide informi, acquisita, generali & ſpeciali, itidē  
principiis fidei illorū hic nugent, quid opus eſt referre:  
factū tandem, ut & ſi imposſibile ſit mandata dei impleri  
ſine gratia, quo ad intentionē præcipiētis, tamē in manu  
tua & prorsus facile eſt gratiā conſequi, operibus ſecun-  
dū ſubſtantiaſ facti paratis, ut iā liberū arbitriū nō mo-  
do regnet in operibus ſubſtantiae, ſed in ipſa etiā inten-  
tione præcipiētis, hoc eſt, plane in ipſa gratia dei, nempe  
in manu eius eſt, gratiā venire vel nō venire. Hinc bona  
moralia, bona neutralia, & quid dicā: tot principia fidei  
iſti habent, quot patrū dicta, quot Cōciliorū decreta, q̄t  
Papae placita, quot Magiſtrorū noſtralium ſentimēta, ut  
mundū cernas periſſe diluuio quodā principiorū dun-  
taxat fidei, tum que putes erūt ſequelae & cōclusiones eo-  
rū. Et cū iſta ſit ſepties ſacrilega Theologia recentiorū,  
ut nemo poſſit negare, adhuc audet os iſtud Louanieñ,  
impurū & impudens, roſtro porrecto, in orbem lallare.  
Eadē eſſe docta ab antiquis, que a recentioribus iſtis, ad-

A D V E R S V S   L A T O M V M.

15.

huc pergit cōcordare vtrorūq; dicta & sentētias, vt Chri-  
stum cū Belial societ, & lucē cū tenebris confundat.

**V**ideamus autē, quāta oracula scripturæ, huic scan-  
dalo cedere coacta sint theatrum totum. Paulus Ro. viii.

Ro. 8.

Nā quod impossibile erat legi, in quo infirmabat̄ per  
carnē, deus misit filiū suū in similitudinē carnis, pecca-  
ti, & de peccato damnauit peccatum, vt iustificatio legis  
impleret̄ in nobis. Hic vides, vt aperto ore affirmet̄, fu-  
isse legi impossibile, vt impleret̄ in nobis iustificatio le-  
gis, nisi & hic iustificationē legis, intentionē præcipien-  
tis esse cogas. Quod si legi impossibile fuit, quæ in adiu-  
toriū data est, quāto magis citra adiutoriū legis impossibi-  
le, imo adeo impossibile fuit, vt adiutoriū legis magis  
obsuerit. Dicit. n. in eo impossibili legē infirmatā, id est,  
nō impletā, propter carnē peccati, aut & hic nō impletā  
dicent secundū intentionē p̄cipiētis, at tum nō culpa car-  
nis, per quā dicit nō impletā legem, sed dei intendentis  
est, qui nō contentus impletā esse, exigit gratiā, & sic per  
carnē lex bene firmať, sed per intentionē præcipientis in-  
firmať. O blasphemas voces & rabidas. Sed vt dixi, hāc  
diuinā vocem Pauli oportuit inter blattas & cariem cā-  
tice scere, nenon regnaret decretū illud principium fidei.

Sic Act. xv. Per hunc vobis remissio peccatorum annū-  
ciatur ab omnibus, quibus non potuistis in lege Mosi  
iustificari, in hoc omnis qui credit iustificat̄. Nō habuit  
Apostolus græce līnguā peritiā tantam, vt diceret, qbus  
difficile fuit iustificari, vt impossibile asserere cogeretur;

Act. 15.

**Act. 15.** Item Act. xv. Petrus dicit. Hoc est onus quod nec nos; nec patres nostri portare potuerunt. Quid dicis Petre? Non potuerunt portare; nonne portauerunt secundum substantiam facti? nonne circuncisi sunt, sacrificauerunt, & omnia illa seruauerunt? Tu, video, ignoras principia fidei & multis modis delyras a Louaniensi Theologia. At dicet hic Latomus, de circumcisione loquitur Petrus, ut ex capitis principio patet. At non potuerunt portare circumcisionem; imo de lege Mosi loquitur. Sic n. paulo ante scribitur. Surrexerunt autem quidam de heresim pharisaorum qui crediderant, dicentes, Oportet circumcidimus eos, praecepit quocum seruare legem Mosi. Ecce onus quod Petrus impossibile dicit. Quid autem definit tandem? sed per gratiam ( inquit ) domini nostri Iesu Christi, credimus saluari, quemadmodum & illi. Et non habes Petre substantiam factorum, quae portet onus & gratiam cogat adesse? **(¶)** Omitto ea quae ad Hebreos, non uno loco de impossibilitate ista loquitur. Christus quoque Matt. xix. ubi dixisset facilius esse, ut Camelus transeat per foramen acus, quam ut diues intret in regnum coelorum. Et discipuli stupentes, impossibilem esse salutem, dicerent. Et quis potest salvus fieri? Ipse ignarus huius principii fidei, non negauit imo affirmauit impossibile istud salutis, nec mutauit in difficile. Sed sic ait, Impossibile est apud homines, sed apud deum omnia sunt possibilia, hoc enim non tantum de diuite dixit, sed ad illud respondit, Quis potest salvus fieri? Proinde cum in novo testamento proprio regnare de-

**Matt.**  
**19.**

beat ministeriū spiritus, id est, prædicatio gratiæ, ut Apostolus ait, optandū fuit, ut hoc verbū aut Hierony. nunquā dixisset, aut in tenebris sepultū mansisset. Christianis em̄ non cōuenit nisi gloriā dei prædicare & conserter, id est, nostrā impossibilitatē & dei possibilitatē, ut Christus hic dicit, omniac̄ scandalū submouenda sunt, quæ lib. arb. erigere aut inflare possent, quale est hoc decretellū vel inter prima, ut pura gratiæ dei, & nostræ miseriæ cogitatio custodiretur.

**S**ed mouit forte hominē, quod dixi, nō om̄ia dei mā data, etiā in gratiā, plene impleri in hac vita. Quæ non mea, sed Aug. sententia est. i. retral. xix. de qua infra videbimus. Sed qui dixi nō fieri, nō negauit posse fieri, & sophista iste magnificus nō tantū de logica sua didicit, vt sciret, aliud esse nō fieri, aliud nō posse fieri. Ego dixi, nō sit, ille infert ergo dixisti, non potest fieri. Quis dubitat, deū posse tantā gratiā alicui dare, ut plene impleat, sicut de Beata virgine sentimus? licet id nō faciat omnibus. Quod si decrellū hūc repugnat, abeat in malam crucem & sit anathema. Sed & alio suo vitio hic laborat q̄ nūq; nō laborant sophistæ, quod est petitio principii, quod est vicioſissimū disputandi genus, in quo & totus hic liber Latomi sophistica. Perpetua scilicet est insania sophistarū, vt id quod ante omnia eis probandū demonstrandūq; est, arripiat & præsupponat, tanq; principiū fidei infallibile, ut hoc loco. Quod implere dei mandata plene, significet id, quod est mandatis dei satisfacere per

omnia, ut ignosci nihil sit opus, imprimitis fuit Latomus demonstrandū, Nā hoc Aug. & ego negamus & scriptura negat. At ipse nihil moratus, proruit securus quasi principiū indemonstrabile fidei habeat, & dum gladio spiritus sc̄e vastare omnia credit, ridiculus culmis & stipulis opinionis suae corā nobis ludit. Nam nec decretelum eius hanc sententiā habet, cū nos dicamus omnia dei mandata impleri, nō operantibus plene nobis, sed ignoscēte copiose gratia dei. Hic nihil impossibile, immo plenissima omnia, & melius dicimus, q̄ si sine misericordia ignoscēte, solis operibus impleri oīa alsereremus. Et probandū illi (vt dixi) fuit, suū impossibile, id significare, qd' ipse cogitat, sed & ipsi cōfidentē in hac vita, nulli gratiā cōsumatā dari, sed semp̄ augeri, cū tamē gratia nō def̄, nisi ad implēda dei mādata, & hinc sequat̄, tantū nō impleri ea, quantū nō consumat̄ gratia, sed quia Magistri nostrales hoc dicunt, ideo nō est damnabile, Si Lutherus diceret, error esset.

**R. A.** **C**Alius articulus, Peccatū post baptisimū remanet. Hūc arti. dānat autoritate Greg. quē ego probauī autoritate Pauli Ro. vii. sed principii ille petitor viciosus illic peccatum nō peccatū, sed infirmitatē exponit, quasi euicerit sic exponendū esse, aut quasi Paulus ignorarit quibus verbis loqui oportuerit, aut mihi nō liceat illius verbis vti. Videamus Gregorii probationē. ait, Christus dicit, Qui locutus est, mundus est totus, Nihil ergo remanet de peccati sui cōtagiōe, quē totū mūdū fateſt, ipse q̄ redemit, Latomi

## ADVERSVS LATOMVM.

¶

oscitantia p̄tereo, q̄ se p̄oderare nō numerare, pmisit tes-  
timonia, id est, sophistica strophā loquēdo nō p̄oderare  
sed numerare voluit. Cū Greg. expostulo. Dic Gregori,  
vbi Ch̄rus hoc dicit, qd' tu dicis? Nōne verba Ch̄ri suo  
textu afferre debebas? Tu dicis, Qui lotus est mūdus est  
totus, Christus vero sic dicit, Qui lotus est non indiget,  
nisi vt pedes lauet, sed est mūdus totus. Vnde ista immū-  
dicia pedū post lotionē? Nōne totū mūdū sicasserit vt  
tñ lauari pedes opus habeat? Quid est hoc aliud q̄ p̄ec-  
catū in baptismo totū ignosci, & tamē reliquū esse, vt &  
Paulus dicit Ro. vii? Tota vita pedes lauant, etiā iis qui  
toti mundi sunt, sicut dicit, Debetis alter alterius lauare  
pedes. Nōne hic locus, p me cōtra Latomū facit? omnia  
peccata sunt abluta & reliquū est lauandū. Stat clara sen-  
tētia. Quō ergo oīa abluta, nisi quia p gratiā remissa &  
indulta? Quō lauandū, nisi quia vere in natura sua reli-  
quū est? De iis postea, nā hic Latomo fiducia tollenda  
fuit, vt videret, patres nōnūquā fuisse hōies, deinde & vi-  
ciosissimū disputādi sui morē agnosceret, quē dixi, peti-  
tionē principii, Qui prius pbare debuit, totū esse mun-  
dū id esse, qd' nihil reliquū peccati baptismo. Nec Greg.  
verba id cogūt, aut si cogūt, negāda sunt, at ipsi patrū ver-  
bis intruso suo sentimēto, pdeut sicut asinus sub pelle leo-  
nis, facturi nobis principia fidei, nō ex patrū sentētia, sed  
ex sua ppria, verbis patrū imposita, subdoli isti oparii.  
¶ **Tertius**, Nō omnia mortalia esse sacerdoti cōfitenda.  
Hunc dānatū dicit generali Cōcilio, ergo est damnatus.

D ii

tenet cōsequētia, a Latomo ad suū sapientē. Quā autem scripturā pro se habent Conciliū? si Conciliū sine scriptura valet, & satis est infulatos & rasos illic congregari. Cur nō lignea & lapidea signa e templis congregamus, & impositis mitris & infulis, dicamus illic Conciliū esse generale? Nōne vitiosissimū est, Concilium sine verbo dei agere aut statuere? Verū ego nunc amplius dico, & nego confessionē exigendam esse in totū, edito in hoc ipsum vernaculo libro, facturus idē latino, vbi tempus fuerit. Traditiones, n. hominū abolendē sunt de Ecclesia, quas & Latomus p homines tolli posse affirmat in suo dialogo, at ista cōfessio aliud non est, quā tyrannica exactio pontificū, nullis radicibus scripturæ nixa.

**D**Ultimus, Omne opus bonū in sanctis viatoribus esse peccatū. Hui quā absurdū hunc facit, & videſ tanto viro directe contra illud symboli, Qui bona egerūt, ibunt in vitā æternā. Hic vero triumphat serio, vt pudendū esse iactet, rationē ab eis petere in huiusmodi. Deniq; minaet etiā ferox ille, ne q̄s mihi se sociū faciat. Sic & Iudæi corā Pilato, Si nō esset hic malefactor, nō tibi tradidissemus eum. Vere stulti & pudendi mortales, q Magistris nostralibus Louaniēn, nō solo nutu crediderunt, quasi ii sint, qui aut male velle, aut errare possint, sicut cæteri hominū, præsertim cū & Bullarū Episcopus eorū factum cōprobauit, Bulla scilicet bullas. Sed vide nequitiā hominis, qui nusquā nō interpretaē peccatū (de quo ego in opere bono loquor) esse illud quod damnabile vocant,

hoc em̄ solū est cōtra illud, Qui bona egerūt ibunt in vi-  
 tā æternam. Nā ipsi met cōcedunt, opus bonū in quo ve-  
 niale sit peccatū, non esse cōtra symbolū illud. Iam etiā  
 hoc asserunt qd̄ Gerson dicit, Nullū veniale peccatum  
 esse natura veniale, & plures gratias dei priuatius quā  
 positiuas esse, sola autē misericordia dei esse veniale. Et  
 quod mireris Latomus primū nō negat, in omni opere  
 bono esse posse peccatū veniale, vtpote negligentia, & ta-  
 men nō est absurdum illis sic posuisse peccatū in opere  
 bono, nec est cōtra simbolum, nulla causa, quā quia ego  
 nō dixi, & illi dixerunt. Sed & hoc infra eos cogām &  
 forte proni cōcedunt, Incertū esse, an vllum opus sit om-  
 niū hominū, quantūlibet bonū, sine peccato, necq; enim  
 hominū vllum cogent, hoc de suo opere bono affirma-  
 re. Et ecce, quod incertū est, tamē esse potest, & forte ita  
 est etiā eorū sententia, ab alio dictū, absurdum & cōtra  
 symbolū est, vt nihil absurdius dici velint. Nā hoc incer-  
 tum cogit eos oppositū non asserere, quare nec propo-  
 sitū negare aut damnare. Nā quæ inducit dicta patrū, pe-  
 titor principiis eo trahit omnia, quo nō probat illa perti-  
 nere, scilicet qd̄ nullum sit in opere peccatū, quantūlibet  
 illi dicant esse bona, nō damnare &c. Nihil em̄ horum  
 & ego nego. Sed breuiter hāc præfationē Latomi lector  
 vice *κόνοις* sophisticē habeas. Hic.n. vides sophistæ ima-  
 ginē egregie descriptā. Quę est, vultu & verbis modestiā  
 simulare, cæterū tanto fastu, arrogātia, superbia, mali-  
 tia, nequitia, temeritate, supercilio, inscītia, hebetudine  
 tumere, vt nihil supra.

~~L V T H E R V S.~~  
**Primus ARTICVLVS A LATOMO PE-**  
titus est iste.

**ConME** opus bonum est peccatum.

Primo infert inconvénientia, secùdo opponit cōtraria, tertio dissoluit mea fundamenta. sic. n. ipse partitur, Ego reducturus sennacherib istum in terrā suam, a nouissimo incipiam, mea primū defensurus.

Iesag.  
69.

**N**obilissimū Isaiae. lxiiii. locū, vbi dicitur. Et facti sumus immundi omnes nos, & vniuersae iustitiae nostræ, quasi pannus menstruatæ. mihi ablaturus, sic tractat, vt nec sibi nec mihi prodeſſe poſſit, cū incertū faciat, de quibus sit intelligendus, recitans eſſe qui de assyriaca, alios qui de Babylonica, alios qui de Romana Iudæorū captiuitate intelligat. Ipſetn postremos cū Hieron. & Lyra sequitur, tandem quarto, si etiā fidelibus aptandus detur, ad Synecdochēn cōfugit, volens omnes iustitias eſſe id quod aliquas iustitias, tropo ſcripturæ frequenti. Ita dū nihil certi affert, & Hierony. autoritas nō ſit ſatis, quippe qui ſoleat ferme aliorum ſententiās in cōmentariis recitare, ut ſcribit ad Auguſt. in medio ſuſpenſa relinquitur ſententia. Et hoc primo ſit reſponſum omnibus que ſuper hanc ſententiā ædificat, infert & firmat. Certis enī pugnandū eſt. Igitur ſit iſta autoritas Latomo incerta & inutilis contra me. Mihi conandum deinceps eſt, vt certa & potens ſit in eum, ac primo de captiuitate Iudæorum & in persona captiuorum dici consentio & probo, non de Assyriaca, quia per eam ciuitas Hierusalem non eſt

A D V E R S V S L A T O M V M. 16.

vastata, nec tribus Iuda capta, quemadmodum hoc loco plorat propheta. Quod si ostendere potero, nec de Romana intelligendum, euici necessario de Babylonica intelligendum esse. Primo locum ipsum videamus.

**O**ccurristi letanti & facienti iustitiam, in viis tuis recordabuntur tui. Ecce tu iratus es & peccauimus, in ipsis sumus semper & saluabimur, Et facti sumus ut immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiae nostræ, Et cecidimus quasi foliū, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos, Nō est qui inuocet nomen tuū, qui consurgat & teneat te, abscondisti faciem tuā a nobis & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ, Et nunc domine, pater noster es tu, nos lutum & fector noster tu, & opera manuū tuarū omnes nos. Ne irasceris domine satis, & ne memineris ultra iniquitatis nostræ. Ecce, respice, populus tuus omnes nos, Ciuitas sancti tui facta est deserta. Sion deserta facta est, Hierusalem desolata est, Domus sanctificationis nostræ & gloriæ nostræ, ubi laudauerunt te patres nostri, facta est in extincione ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. Nunquid super his continebis te domine, tacebis & affliges nos vehementer?

**L**atomus quidem robustissimus saltator, fortiter transiliit murū q̄ suæ sententiae occurrebat in verbo, Et saluabimur, quod de Iudeis istis reprobis intelligi nō potest, sed absq; dubio in persona electorū dicit & fideliū. Deinde illud, Occurristi letati attingēs, ubi dixisset, q̄s est iste

qui facit iustitiā cui lætanti occurrit dominus, si hoc verbum, vt vult M. de quo cūq; fideli quo cunq; tēpore intelligi, mox obticuit, quasi calculū momordisset, vt nescias quid quererat, metuens forte ne infelix fieret interpres.

**C**latomus cū suis dicit hæc dici in persona eorū, qui ad Hierusalem & templū spectent, quod optant reparari, q; sacrificare & laudare deū, sicut patres sui possint. Hoc verum affirmo, nō quia illi dicūt qbus nihil credo, sed q; tex tus qui eos coegerit & me cogit, alioqui cur tanta copia querelam augeret, & ciuitatis vastitatē tenta diligētia corā deo exponeret, nisi hoc peteret, vt deus misertus eam repararet: vulnus detegit medico, vt iq; sanari petens. Deniq; vbi dixisset, Et omnia desiderabilia nostra vera sunt in ruinas, adiecit. Nunquid super his continebis te domine? Quid est nō continebis? nisi ne sinas ita iacere. Si. n. nunquā repararet, vere cōtineret sese super iis semel vastatis. Est ne igit̄ certū ac clarissimū, his verbis, pro reparanda Hierusalem & tēplo orari & gemitū: alioq; non video cur sic allegaret, inculcaret & aggrauaret & exaggeraret. Sic oportet cum Sophistis pertinacibus etiā de per se notis dubitare, donec certa fiant.

**C**onsequens est, talem peti istis gemitibus & verbis, quæ possit reparari. Spiritus. n. sanctus nō est tam stultus, vt suggerat petere impossibilia manifesta. At iam definitū erat, post Christum neq; in monte neq; in Hierusalem, sed in spiritu & veritate adorandū esse deum, vt Christus Iohān. iiiii. dicit, quod mysteriū futurū, & sp̄

ritus Isaiae ita notū fecit, vt alius post Dauid nullus tam clare cognouerit & prædixerit. Simul Haggei secundo, Domus ista nouissima prædicta est. Et Daniel desolati-  
nem statutā usq; in finem post Christū venturā prævi-  
dit, vt impossibile sit eam reparari, vt Iudei expectant.  
Quare ista deploratio & imploratio non potest compe-  
tere temporibus post Christum, sed Babylonice capti-  
uitatis tantū, vbi & spes & desideriū & oratio pro repa-  
randa ciuitate, recte spiritui tribuitur.

**H**oc etiā obseruandū est, ne blasphemiam tribuamus  
spiritui sancto, quasi in persona impiorū & blasphemā-  
tiū aliquādo sit locutus. Diffinitū est psal. c. viii. Oratio-  
nem Iudeorū Romanē captiuitatis fore peccatum &  
abominabilem. Deinde Christus psal. xv. nomina corū  
nō memoraturū sese dicit per labia sua. Quomodo ergo  
in persona blasphemantiū blasphemias eorū exponet co-  
ram deo spiritus Isaiae, cū tanta humilitate, tam pia con-  
fessione, tam syncero corde & studio? Oportet enim et  
eius orationē esse peccatū & blasphemiam. Hoc bene ha-  
bet scriptura, qd spiritus de impiis & pro impiis oret p  
sanctos, sed in persona eorū nunquā. Spiritus est corpo-  
ris Christi & in sanctis adiuuat infirmitatē eorū, & ge-  
mit & postulat pro eis. Qualem esse hanc orationē Isaiae  
quis non palpat etiam: Sic Christus fleuit super Hieru-  
salem, sed nō in persona Hierusalem. Paulus etiam pro  
Iudeis, sed non in persona Iudeorum. At hic Isaías sese  
personā facit eorū cū quibus & pro quibus orat. Igitur

L V T H E R V S.

cum periculum sit afferere quod in scripturis exemplū non habet, id solum afferere oportet, quod illa habet/cōfitemur, quod spiritus corporis Christi, nunq̄ in alie-na, quæ est corporis diabolici, sed semper in sui corporis persona loquat̄, operetur, viuat & maneat. Non pos-tet, laudans deū, personā gerere blasphemantis deum, cum is qui personā gerit & is cuius personā gerit, opo-teat in verbo, sensu & voto saltē cōuenire, si nō possunt in viribus & operibus. At istis Iudæis & spiritui dei im-placabilis dissensio est, qui tamen si per Isaiam in perso-na corū locutus esset, vsc̄p̄ hodie itidē & multo magis lo queretur, cum extent eius verba, & occasio præsentissi-ma vehementissime vrgeat, nec possumus negare, quin spiritus verba sint, cū in sacro Canone sint. Quod si spi-ritus sunt, pia & fidelia & sancta sunt, quæ personæ Iu-dacorū ( vt vides ) minie omniū cōueniūt. Si recitaret tā-tū verba impiorū, posset corū sentētia tolerari, sed orare & agere in psona eorū, hoc ferri nō pōt. Recitat apd' Isaīa verba supbæ Babylonis, & Assur & Sennacherib, reci-tat apud Ezech. verba draconis magni in flumīe & mul-torū aliorū, Sed psonā nunquā gerit nisi piorū & suorū. ¶ Ad hæc clare dicit in textu, Ecce respice, populus tuus oēs nos. An nescimus/qd sit esse populū dei? Isti Iudæi iā populus nō sunt, sicut in Osea dicit. Voca nomē eius Nō populus meus, quia vos nō eritis populus meus, & ego nō ero vester deus. Et iterū, Ettu dñc, pater noster tu, nos lutū, tu sictor noster, & opus manū tuarū oēs

nos Nunquid ludsei iā filii sunt ac nō potius inimici?  
 Nunquid lutum fectoris, qui nolūt singi, nō, n. agnoscūt  
 fectorē? Nunqd opus manuū eius, ac nō potius iā opus  
 Satanae? Nec valet hic cauillū, q̄ patrē, fectorē, factore ge-  
 nerali nomē appellare dicunt. In spiritu loquit̄, ppheta  
 & verba ex affectu spiritus, pcedunt, in quo nō nisi filio-  
 rū deus pater est, q̄ fideles sunt, sicū & in oratiōe dñica,  
 patrē in spiritu adoramus. Quare nomē patris extra spi-  
 ritū, praelertim nouo testamēto nō audit, qd' tñ maxie  
 debuit, si ista in persona Iudæorū dicerent, cū iam (vt  
 dixi) & occasio vrgeat, & verba adhuc supersint.

**H**is arbitror satis liquidū fieri, in psona infidelis po-  
 puli hæc dici nō posse, quod & amplius liquebitvbi in-  
 tellectum eorum viderimus.

**I**ā qd' cōtendit, eiusmodi locutiōes vniuersales in scrip-  
 turis plerunq; particularē intelligētiā habere, vt est illud  
 Om̄es q̄runt q̄ sua sunt, cū Titus & multi alii nō fuerint  
 tales, ita hic, Oēs iustitias dici immūdas, vult intelligi ali-  
 quas aliquorū. Aut Latomū hic malitia & inuidia exce-  
 cāt, aut insigniter stupidus est non modo, q̄ incptis ex-  
 emplis ludit, sed q̄ & temere figurā hanc torquet. Si sic li-  
 cet p̄ mera libidine, nulla adducta ratiōe, figuris ludere,  
 qd' obstat, q̄ minus oīa induāt nouas intelligētiās? dicā  
 & ego. Qd' psal.i. Omne qd' faciet, p̄sperabit, possit sic  
 intelligi, id est, aliqud p̄sperabit. Et, ii. Beati oēs q̄ cōfidūt  
 in eo, id est, aliqui qui cōfidūt in eo. Psal.v. Perdes oēs q̄  
 loquūt mendaciū, id est, aliq̄s. Et quæ rogo ludibria in

L V T H E R V S.

scripturis hinc ducentur? Non erat Latomi tanti Theo-  
logi officiū, asserere, quid possit sic dici, sed quid debeat  
sic dici. Nō quæritur quid possit libido nugandi, sed qd  
debeat prestare religio interpretandi, præsertim cū tan-  
ta bucca seſe iſtarit, nō numeraturū sed ponderaturum  
testimonia scripturarū, & conuicturū male citantē Lu-  
therum. Est hoc ponderare testimonia? est hoc cōuince-  
re male citantem? dicere duntaxat. Ego possum sic & sic  
intelligere? Nōne hoc vitio reos hactenus egi Sophistas  
istos, quod possint omnia sic & sic intelligere, nunquā  
autē vt debent velint intelligere? Hoc non est confutare  
aduersariū, sed confundere diuinās scripturas.

**D**einde qui huius figuræ tam viuaciter memor est,  
hoc loco quomodo tam crassum stertit in sequēti vbi di-  
citur, Non est qui inuocet nomen tuū, qui surgat & te-  
neat te? Nō potuit & hic particularem facere, id est, aliq  
& multi nō inuocant nomen tuū? quo caueret, ne insul-  
lissimū & ineptissimū excusum cogeretur facere, pro-  
baturus quā nunquā defuerint inuocantes nomen do-  
mini per omnia secula. An in negatiuis non habet ista  
figura locū? An nō Iſaiæ. lvii. videbitur posita? Iustus  
perit & nō est qui recognitet in corde suo, & viri miseri-  
cordiæ colligunt& non est qui intelligat? Num Iſaias  
non intelligebat, qui hæc ipsa dicebat? An soli Latomo  
licet vbi vbi voluerit figurā facere, vbi non libet, nullam  
facere? scilicet sentiebat homo prudens, quod illud citra  
figuram dictū ( omnes iustitiae pollutæ ) contra ſeſe con-

eluderet, ideo fuit eludendū. rursum illud, Nō est qui in-  
uocet sub figura dictū, nō concluderet contra Lutherū,  
ideo fuit ei detrahendū. Nec interim cogitabat vir tātus  
quā hac libidine & temeritate copiā versurē aduersario  
faceret. Eadē em̄ autoritate permutabo & ego ista duo fi-  
gurata, vt nunc simul, nunc alterutrū, sint figurata & nō  
figurata. Iste autē est modus tractandæ scripturæ.

**R**ursum, Egregius Theologus illud, Omnes iustitiæ  
nostræ pollutæ. quod fidelibus figuratū tribuerat, tan-  
dē sine figura tribuit Iudeis vltimo vastatis, de quibus  
hunc locū interpretant̄, vt habeant, quorū iustitias om-  
nes citra figurā pollutas asseuerare possint. Ita Latomus  
sibi licentiā in diuinis literis arrogat libidinandi, etiam  
dum seria ducit, & pro fide cōtra pessimū hæreticū pug-  
nat. Si essem hæreticus ( quod auertat Christus ) & has  
laruas in me cernerem instrui, sententiā meā firmarem,  
& omnia illorū suspecta haberem ex illa ipsa inconstan-  
tia & nugacitate. Necz. n. seria nec vera eos crederem te-  
nere, quāto magis nūc ea etiā damno & detestor.

**A**ge tamen, valeat ista Louaniensis & noua theologi-  
andi ratio, & vno verbo omnia Latomi subito subuer-  
tero & mox vicero. Quoties. n. inductis autoritatibus ca-  
villatur, opus bonū non esse peccatū, diucribam ad istud  
effugiū synecdoches & dicam, opus bonū intelligit̄ par-  
ticulariter bonū, similiter & peccatū particulariter pecca-  
tū. Sic. n. ipse aliquas aliquorū iustitias non bene factas  
synecdochis lat. Quid erit tum facilius mea victoria his

L V T H E R V S

armis aduersarii ipsius parta: Ecce hoc est Louania liter  
& Latomia liter sensum scripturæ e filo consequentia &  
circumstantia verborū ducere, quos tamen parricidium  
est truncos stipites appellare.

**F**acessat ergo ista Louamitas & vera vanitas. Et Au-  
gustini sententia quæ ipsius veritatis & cōmūnis omnīū  
sensus est, nobis hic supponat. Figura nihil pbat, quod  
licet de sacris rerū figuris dixerit nihil minus etiā grāma-  
ticis verborū figuris aptari comode pōt. In nulla enim  
scriptura nedū diuina, figuras captare licet, pro mera li-  
bidine, sed vitari debēt & simplici puræ, primarięq; ver-  
borū significationi nitendū est, donec ipsa circumstātia  
aut euident absurditas cogat figuram agnoscere, alioqui  
quæ erit Babylonia linguarū & verborū in mūdo cū  
præstaret mutos esse quā eloquētes, exemplis crassis mō-  
stremus, quia incrassati sunt nimium Magistri nostri  
Louamien. Quando poeta dicit, Nascetur pulchra troia-  
nus origine Cæsar, si hic figurā captes, vt Cæsarem pro  
Cæsaribus dictum velis, potes hoc pro libidine tua, sed  
nunquid grāmaticis persuadebis? Rursus illo, Tu po-  
pulos regere imperio Romane memento, potes sine fi-  
gura vnicū ciuē Romanū iactare, sed grāmatici quid di-  
cent? Sic psal. xv. Notas mihi fecisti vias vitæ, potes tuo  
cerebro dicere, vias terrenas intelligi, quas corporalibus  
pedibus calcāmus, sed errorē simul pro via sequeris. Et  
quid opus pluribus? plena fatemur om̄ia figuris, sed in  
quibus obseruandis opus sit iudicio, quod tamen nulla

Figura

certa regula formari satis potest, quācūq; ego adhuc nullū exemplū huius figure reperi, in signis illis vniuersalibus vt Latomus hic fingit. Duo ista habemus, quae nos dirigant, Absurditatem rerum & circumstantiā verborū. Quod n. gladius femoris psal. xlivii. & duo gladii discipulorū Luce, xx. non ferrū significant, circumstantia verborū fortius probat quā absurditas, quanq; & hæc vallet. Rursum q; relinquens vxorem centuplū accipiat in hac vita, ipsa absurditas rerum, non de relinquendo & recipiendo corporaliter intelligi cogit.

**I**ta Latomo meo in præsenti nō sufficit dicere, potest hoc figurare intelligi, omnes pro aliquibus, non patior figuram, quā diu non docuerit absurditatem, aut circumstantiæ necessitatem, sed vrgebo eum, vt simplici propria & primaria significatione, debeat intelligere, omnes iustitias nostras esse immundas, debet inquā hoc, quia nulla absurditas huic cōtraria in scripturis reperitur. Et sic stat autoritas ista adhuc inuicta, & ridet Latomianos conatus, & præproperam iactantiam, probatq; Quod omnis iusticia est immunda, omne opus bonū peccatū.

**Q**uāuis miror eum sui effugii hic oblitum, quo in omnibus aliis vtitur, poterat em & hic dicere, immunditiā esse aliud nihil quā im pfectiōnē, sicut in vocabulo viciū & peccatū facit, autoritate quā solēt, rebus substantias & vocabulis significationes affingere, prout visum fuerit. Sed sperabat heros magnanimus aliquādo e spectatiore Victoria illustris fieri, quā p effugia reliqua factus est.

**C**Accedit ad haec, ne figura ista locum hic habeat & alia  
**D**e vniuersali ratio. Quod regulare sit in scripturis, vbi simpliciter &  
**A**ffirmativa perfectiss. vniuersalem absq; omni scrupulo exclusa Sy-  
**i** scripturis. necdoche seu particularitate (vt sicut dicam) statuit, non  
 contenta est, posuisse vniuersalem & affirmatiuam, adiicit  
 & vniuersalem & negatiuam. Quale est illud Ro. iii. ex  
 xiii. psalmo. Omnes declinauerunt simul inutiles facti  
 sunt, nō est intelligens nec requirens deum, nō est qui fa-  
 ciat bonū. Quo loco Paulus hanc regulā seruat & cōfir-  
 mat, concludens simpliciter omnes Iudeos & Graecos.  
 hoc est, omnes filios hominū sub peccato. Nisi. n. hic ex-  
 clusa esset synecdoche, tota Apostoli disputatio illic rue-  
 ret, & nihil pro gratiæ necessitate, quā intendit, cōclude-  
 ret. Tale & illud eiusdē e psal. xxxi. Beati quorū remissæ  
 sunt iniquitates, quorū tecta sunt peccata. Beatus vir cui  
 non imputauit dominus peccatū, nec est in spiritu eius  
 dolus. Ecce vt plena & rotunda remissio exprimeret, nō  
 satis erat dixisse, esse remissa & tecta affirmatiue, sed &  
 computari non esse in spiritu dolum addit. Hoc modo  
 Tren. ii. Precipitauit dominus & nō pepercit omnia spe-  
 ciosa Iacob, vt nihil scilicet speciosum relictū ostendat.  
 Et psal. xxvii. Destruues eos & nō ædificabis eos, ne par-  
 tim eos destrui intelligas. Est quidē synecdoche dulcissi-  
 ma & necessaria figura & charitatis misericordiæq; dei  
 symbolū, vt dū percutere aliquando dicitur aut vastare,  
 nō penitus delere aut omnes percutere intelligat, totum  
 enim tangit, quādo partē eius tangit.

**A D V E R S V S L A T O M V M .** **Zt.**

**I**ta & hoc loco Isaias, multas affirmatiuas & negatiuas eadem regula componit dicens, Et facti sumus immundis omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiae nostræ. Et cecidimus quasi foliū vniuersi, & iniuriantes nostræ quasi ventus abstulerūt nos. sequuntur negatiuæ, Nō est qui inuocet nomen tuū, nec qui surgit, nec qui teneat te. Scilicet adeo sunt omnes iustitiae pollutæ, ut prorsus nullius apud te valeat, qua tenearis in hac ira tua. Quare Latomi segmentū friuolum hic funditus eueritur.

**H**æc autem dico, nō quod Latomo concesserim esse figuram Synecdochen, in locis ab ipso prolati, sed quod figuram hanc in scripturis frequenter esse constiteat. Et videat sophista, quod in leibus stipulis, quantam rupem oppugnet. Quod non uno modo suæ nemire superari facile possint. Nam ego nō memini ullo scripturæ loco, in vniuersalibus locutionibus synecdochæ vidisse. Quæ autem Latomus affert, ipse cogit synecdochæ habere, cum nihil habeant minus. Deinde quod ipse met seipsum confutat, dum dicit, verba huiusmodi debere contrahi ad suam materiam, ut illud Isaiæ, ut dispersat omnem terram, non utique orbem terrarum, sed terram Babylonis. Ita in Evangelio Luce, ii. describit orbis vniuersus, non utique totus orbis terrarum, sed orbis Romani imperii. Et tenebre factæ sunt super vniuersam terram, quod putant de sola Iudeorum terra dici, cum earum tenebrarum Romani scriptores non meminerint, praeter fabulosum illum Dionysium in Heliopoli, cuius Epistola extat, nia

L V T H E R V S

mirū efficta meo iudicio. Insuper vniuersas iustitias im-  
mundas ad populu Romanæ captiuitatis trahit absq;  
synecdoche. Sic locus iste, Omne caput merens &c. Du-  
plici causa nō habet synecdochē, Primo, quia vniuersa-  
lis, deinde, qd' negatiua addit', Nō est in eo sanitas &c.  
Et ut Paulus Rom. ix. exponit ad Iudeos istos pertinet,  
post Christum relictos, In quibus vere omne caput me-  
rens & non est in eo sanitas, sed & Christi tempore iam  
tales erant. Loquitur. n. in eos, qui extra Christum tunc  
fuerunt & permanserūt. Ita illud Hiere. Omnes student  
auaritiae, a minimo usq; ad maximum, certe ad corpus  
auaritiae pertinet, exclusis piis. Sicut & illud Pauli. Om-  
nes quæ sua sunt querunt, ad suā materiam & obiectū  
pertinet. Alioqui cū Paulus Ro. iii. Omnes homines sub  
peccato cōcludat. Et Ro. iii. omnes gloria dei vacuos esse  
dicit, seipsum quoq; Abrahā & oēs pios inuoluisset, sed  
loquebat in eos qui sine fide vera agebāt. Itaq;, vt dixi,  
ineptis exemplis ludit Latomus, mala cōscientia erroris  
vexatus, cupiens euadere & nō potens. Evidens. n. argu-  
mentū est, eum esse veritate inuicta conuictum, qui tot  
miser diuerticula & tam anxie querit, O veritatis con-  
scientia non sic trepidat aut variat. Sero ista queruntur  
remedia miseri sophistæ.

**H**ic autē est figura Synecdoche in Euangeliō, Sic erit  
filius hominis tribus diebus & tribus noctibus in corde  
terræ. Et similiter latrones qui crucifixi erant cū eo blas-  
phemabant eum. Et euidentissime psal. lxxvii. Et tenta-

uerunt deum vt peterent escas animabus suis. hoc in vi-  
tuperiū dicitur, quasi totius populi Israël. Contra psal.  
c. iiiii. Petierunt & venit coturnix &c. hoc in laudem di-  
citur, sed vtruncꝝ per synecdochē, totū pro parte, p̄ae  
cæteris autē in Prophetis late regnat ea figura. At hoc lo-  
co nō sic potest Isaiæ verbum ad alios contrahi, quia sese  
inuoluit, non ad alios loquitur, sicut fit in prædictis lo-  
cis, sed prosopopeiam loquentiū de seipſis facit, dicens  
omnes ngs. vniuersæ nostræ iustitiæ. Non dicit, illi, aut  
vos &c. Sed nunc supereſt, quomodo ista fidelibus tri-  
bui possint. Et credo nō esse necessariū probare eos fuſſe  
fideles & pios, cum ad vocem Hieremij obedientes deo  
ſeſe traderent in captiuitatem, alii sponte, alii tandem co-  
acte. Nā Christi & Apostolorū caro adhuc in illis erat,  
ob quā ſolam, poſſumus eos dicere fuſſe pios & fideles,  
quādo ſuæ carnis linea merito credaſt per totū genus hu-  
manū vſqꝝ in virginem matrem, sanctū & electū ſemen  
fuſſe. Dicam igitur prius ſummatim, poſtea textum.

**E**go docui opera noſtra bona eſſe talia, quæ iudiciū  
dei ferre non poſſint, luxta illud Psal. c.i. Non intres in ps. 105.  
iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in con-  
ſpectu tuo om̄is viuens. Cum autē iudiciū eius ſit verax  
& iuſtum, non dampnat opera, quæ proſrus ſunt incul-  
pabilia, nulli enim facit iniuriam, ſed ſicut ſcriptum eſt,  
Reddit vnicuicꝝ ſecundū opera ſua, ideo ſequi bona no-  
stra non eſſe bona, niſi regnante ſuper nos misericordia  
eius quæ ignoscat, eſſe vero mala intentata ſuper nos

iudicio eius quod reddit vnicuiq;. Haec est via docendi  
timoris & spei in deū. Hanc sapientiā pietatis calummia=  
tores mei damnāt, & sua opera inflant, homines timore  
dei & spes poliant, & superbos reddunt pestilentib. suis  
doctrinis, fingentes opus bonum, laude, premio, gloria  
dignū, vt hic etiam Latomus latrat.

**T**eam sententiā & hoc Isaiæ loco firmaui, & recte, quā-  
tū adhuc intelligo, imo nunc firmius quā ante ludibriū  
Latomi stat pro me. Vult. n. Isaias irascēte deo & in cap-  
titate vastitatem prudente populū, deū iā nō secundū  
misericordiā sed secundū iudiciū imo iram cū eis agere.  
in quo iudicio & si sint pii & iusti viri, quorum iustitia  
extra iudiciū, munda esse poterat sub regno misericor-  
diæ, nūc adeo nihil prodest illis, vt similes sint nouissi-  
mis & immundissimis peccatoribus. Non. n. agnoscit  
eos dñs in isto furore, sed simul tradit iustum & impium.  
Nec sinit se teneri, quo quid aliud facit, quā q̄ eos q̄ iusti  
sunt, sic habet & sic apparere facit, ac si iusti non essent.  
In quo tamē iudicio, quia iuste iudicat & vere, necessa-  
riū est simul eos esse iustos & tamen immundos. Et ita  
ostendit quā nullus in sua iustitia sed sola misericordia  
eius niti debeat. Hoc sensu & Job. ix. loquit̄. Vnū locutus  
sum, Innocentē & impiū ipse consumit. Necq;. n. deficte  
innocente loquit̄, & tamē consumit cū nō iniuste. Ita &  
Isaias, hic vere iustos & mundos intelligit. Nō enim spi-  
ritus in spiritu piorū defictis, iustis, seu in fice iustorū  
persona loquit̄. Verissima est iustitia & tamen velut im-

Tob. 9.

munda, quod patiēt omnia eorū quae immūdi patiunt̄, nō innocenter apud iustum deum, licet innocenter corā hominibus & in conscientia nostra.

**H**oc sensu & psal. xlivi. vbi plurima mala perpessi di-  
cunt, Hæc omnia venerū super nos & inique non egī-  
mus in testamento tuo, Nec recessit retro cor nostrū, nec  
declinauerunt semitæ nostræ a via tua. Hoc est, quod in  
Hieremia dicit. xlvi. Ecce quibus nō erat iudiciū vt bi-  
berent calicē, bibentes bibent, & tu innocens relinque-  
ris. Non eris innocens, sed bibens bipes. Quomodo nō  
erat illis iudiciū, & tamē bibūt: scilicet in cōscientia sua  
& corā hominibus, sicut Iob fuit, quē itidem testa-  
minus innocentē, cū ille c. ix. longe aliter dicat, alioqui  
deus iustus non affixisset eos. Nā rursus Hier. xxxi. di-  
cit, Castigabo te in iudicio, vt nō videaris tibi innoxius.  
Omnes ergo corā eo peccamus si iudicet, & perimus si  
irascat, qui tamē si misericordia nos operiat, innocentes  
& pii sumus, tam coram eo quā omni creatura. Hoc est  
quod Isaias hic dicit.

ps. 95.

Hier. xl.

Hier. xi.

**V**bi sciendū, q̄ ille faciens iustitiā hoc loco non cum  
significat, qui agit iuste, qualis psal. xiiii. est, Qui opera-  
t iustitiā. Quales iustitias hic omnes immūdas vocat, sed  
cum qui factor est iustitiae, id est, autor, vt sit iustitia in  
diebus suis. Sicut Hier. xxiii. Regnabit rex & sapiens  
erit, & faciet iudiciū & iusticiam in terra. Et psal. c. xviii.  
Feci iudiciū & iusticiā. Prospera. n. sunt & leta tempora,  
quādo factores iustitiae sunt, quos tamen simul esse ope-

rarios iustitiae necesse est. Et locus iste totus hoc plorat,  
& si sint boni & iusti, in tempore isto irae, tamē iustitiam  
erigere nō possunt, qua ira dei sedaret & teneret, sed ipsi  
una cū impiis cōsumunt, iustitia eorum nihil habita, quia  
ira dei non sinit eos quicquam promouere, vt copiosiore  
sermone sic eloqui hunc locū queas meo periculo.

**O**ccurristi letanti &c. Quando leta sunt tempora &  
prospera iustitia, quod utiq; gratiae tuae regnum est, tu  
quoq; propitius es, occurris & obuiis manibus eos susci-  
pis, inuocat nomē tuū & exaudis, surgūt & inueniūt te,  
tenant te & parcis omnibus, vt tempore Mosi in deserto.  
Tūc est incedere in viis tuis, tunc est memorare, laudare,  
gratias agere tibi pro beneficiis effusis. At nūc cū ira tua  
fauiat, & tristia sint tempora, nihil nisi peccatores sumus,  
nō occurris, non inueniūris, non teneris. Et si sint boni &  
iusti, nullus tamen eorum est, qui surgat & teneat te, aut  
inuocet nomen tuū pro nobis, quia nec audet, nō hic est  
laudare te pro beneficiis, sed plorare tantū in nostris ma-  
lis. Et sicut tempore florentis iustitiae etiā peccata aliorum  
facta sunt alba sicut nix, nec puniisti ea, quin p nō pecca-  
tis reputasti, ita isto irae & ruentis iustitiae tempore, etiam  
iustitias nostras vniuersas pollutas ducis, puniisq; simul  
cū peccatis aliorū, & cū malo inuoluis, allidēs nos in ma-  
nu iniquitatis nostrae, sinens nobis fieri, qd' peccata me-  
ruerūt, vt quasi immundi simus oēs nos. Sic misericor-  
dia ablata iniqtates nostrae sicut ventus auferunt nos,  
nihil valentibus aduersus cū vniuersis iusticiis nostris,

Sic &c de principe irato dicit vulgus, Nemo audet ei de  
hac redicere, nec pro ea intercedere, ne filii, ne vxor, ne  
amici quidem &c. Sic ira dei tam magnā querit, vt &  
vniuersas omniū piorū iustitiās sic tractet quasi peccata  
& immunditiæ sint, nec audeant, nec possint eum inuo-  
care aut flectere. Frigidissima autē est sententia de impio-  
rum sacrilega iustitia, ad ardentissimam & vehemen-  
tissimam hanc orationē cōparata, quæ si vniquā apte ora-  
ti potuit, hodie orari potest, vbi multi pii, sed ita præua-  
let Antichristus Papa, vt etiā non modo in mala penare  
sed & in errores trahat electos, nec est hic qui surgat, te-  
neat, inuocet nomen dei pro miseris nobis.

**H**unc sensum pulchre quadrare sequentibus arbitror  
satis patere, & Latomis meis hoc deesse, q̄ spiritū sanctū  
credunt nō ex animo loqui, sed factas quasdā iustitiās al-  
legare, Sed illas nō querere immūdas fieri/cū iā essent  
immūdæ. Hic iustitiās synceras confitetur esse, & quæ-  
stio est eas pollutas & immundas fieri, dū nō contingit  
illis quod iusticiis syncæris solet, sed cōtraria cōtingunt,  
quia nō surgunt & tenent iratum deum, in die furoris,  
apud quem nihil non possunt tempore fauoris, Iustum  
ergo simul & iniustum vastat furor & iudicii rigor,  
sola misericordia seruat quicunq̄ seruantur. Quare vi-  
des credo lector, hunc locum cum vniuersa consequen-  
tia, cum proprietate verborum, cum simplicitate &  
vnitate sensus, sine varietate laciniosa Louaniensium  
Sophistarum pro me facere & stare inconcussum,

& scyllæ huius latratus irridere. Stat, inquā, opus bonū natura sua esse immundū, ablata nube gratiæ, quod sola misericordia ignoscente purum, laude & gloria dignum habetur.

**O**git locus nō solum meā sententiā fulcit, sed etiā exemplū eius doctrinæ simul exhibit. Sic n. agit cū operibus bonis, extra ignoscētē misericordiam, ut hic audimus querulari Isaiā. Et tamē nisi vere impura & mala essent, iustus iudex nō sic cū eis ageret, in qua re cognoscimus, quā diues sit gratia dei super nos, quā indignos foueat, ut ex totis medullis grati simus, amemus & laudemus diuitias istas gratiæ, gratiæ dei. Hunc cultū dei & veritatis notitiā perdere festinant isti Cōsequentiatores & circūstantiatores sophistæ, qui se se solos iactant scripturæ elucidatores, cū aliud nō faciāt, quā vt in multas laciniias lacerent, & ambiguas obscurasq; eas reddant. His simul responsum est, magnifico Latomī cauillo, quo Lutherū vehementer absurdū traducit, qui hunc locū, non solis Iudeis, in quorū persona dictū confitor, sed omniū seculorū sanctis cōuenire dixerim. Idem iste spiritus quē hic Isaias habet suo seculo, & sua tribulatione, fuit in Iob: fuit in Abraham, in Adā, & est adhuc in omnibus membris totius corporis Christi, ab initio mundi in finem, in suo cuiuscq; seculo & sua cuiuscq; tribulatione. Nisi forte Paulus. ii. Corint. iii. ii. nō debuit dicere, Et nos credidimus, propter quod & loquimur, quia nō habuit eandē extasim, & eodē tempore cū David, Variant secula, res

& corpora & tribulationes, sed idem spiritus, idem sensus, eadē esca, idem potus omniū per omnia manet. Aut si hoc nō placet, Consiliū esto Louanieū incendiariis, psalteriū David incendere, & nouum, quod nostros triumphos de Reuchlino & Luthero celebret, condere, qā illud uetera cōmemorat Iudæorū facta, quæ nobis nō uis nō cōueniunt. Cæci & talpe, sic diuinias literas in facie contemplamini, secundū opera, nō secundū spiritum iudicantes, sicut Iudæi in deserto stantes in ostio papilōnis sui, adhuc nihil aliud videntes, quā dorsum Mosi ingredientis tabernaculum federis domini.

**P**rosequamur reliqua.

**C**um ego dixisse ista nō posse intelligi de iustitia legali, quæ potius inflet, non autē humiliter gemat, sicut iste locus gemit. Dicit Lato, me falsum supponere, quia totus textus sit superborū Iudæorū, petentiū liberatiōnem temporalē. Et hanc falsitatē probat insigni autoritate, quæ est opinio Latomi credentis hunc locū de Iudeis istis intelligi. Sic audent isti homines sup se aedificare & omnia damnare. Quare spiritus sanctus in persona superborū aliquando superbiet, & corā deo fastuose loquet̄. Deniq; audet Latomus eadē temeritate addere pcedens caput de eisdē intelligi, supbis superbe dicētibus.

**I**esuas  
c. 65. **Q**ware errare nos fecisti de viis tuis: facti sumus quasi in principio cū nō dominareris nostri, cum Isaias eodem contextu in eodem spiritu loquatur.

**V**ltra, cum iustitiā legalem negasse malam esse, &

L V T H E R V S

vsum dānasse, q̄ reprehendit, ostendit Latomus iterū  
2. Cor. 5. quā doctus sit in sacris literis, & inducit illud, ii. Cor. iii.  
Nam nec glorificatū est qd̄ claruit in hac parte propter  
excellentem gloriam. Deinde credit me nō vidisse illud  
Ezech. 19. Dedi eis præcepta nō bona. Si verbis præsen-  
tibus sic mecum ageret, crederem eum iocari si bonus esset,  
aut irridere si malus esset. Sed ppter alios dicemus paucu-  
ta. Persuasum est multis eo loci Paulū agere de ceremo-  
niali iustitia, quæ euacuata est, cū prorsus de tota lege lo-  
quatur, & comparet inuicem legem & gratiā, nō legem  
& legem. Error venit inde, quod Euangeliū doctrinam  
legum arbitrentur. Breuiter, Duo sunt ministeria præ-  
dicationis, alterū literæ, alterū sp̄iritus, Litera est legis,  
sp̄iritus est gratiæ, illa ad vetus, iste ad nouum pertinet.  
Legis claritas est cognitio peccati, sp̄iritus claritas est re-  
uelatio seu cognitio gratiæ quæ est fides. Igitur lex non  
iustificabat, quin cū esset intolerabilis infirmitati huma-  
næ, velata est vscp ad præsentē cū eo gratia in mōte Tha-  
bor. Nemo enim vim legis sustinet, sine gratia seruante,  
ideo Moses velare coactus est faciē suā. Hinc Iudæi vscp  
hodie nō intelligunt legem, quia suā iustitiam querunt  
statuere, & nolunt eam fieri peccatum, vt iustitiae dei su-  
biicerentur. Hoc enim legis claritas facit, vt omnes rei  
fiant, sicut Ro. iii. dicit, Conclusit omnes sub peccatum.  
Ita lex est virtus peccati, operatur irā & occidit, Sp̄iritus  
autem viuiscat. Quod ergo Ezechiel dicit, Dedi eis  
præcepta non bona, & iudicia in quibus nō viuent, ad

Lex.

Brotid.

vniuersam legem pertinet, nō ad ceremonias tantū, sicut  
& hoc Pauli, Non est glorificatum quod claruit in hac  
parte, ad candem vniuersam legem pertinet. Vniuersa  
em̄ lex sancta, iusta & bona fuit, vt Paulus dicit Ro. vii.  
sed nobis illud quod bonū est, nostro vitio, non potest  
bonū esse nec viuiscat nos sed occidit. Nam & ipse deus  
summū bonum, non est bonum impiis, sed summus  
pauor & tribulatio, sicut dicit Osee. v. Ego quasi tinea Oseg. 5.  
Ephraim, & quasi putredo domui Iuda. Et ego quasi lee-  
na Ephraim, & quasi catulus leonis domui luda.

**E**rror ergo est Magistrorum nostrorum prorsus nihil  
in scripturis scientiū, nec quid lex, nec quid gratia, nec  
quid ceremoniale, nec qd legale vñquā intelligētiū, ideo  
sic cōfundunt, & alterū pro altero sequunt. Dico ergo, si  
ut lex decalogi est bona si seruet ( id est, si habeas fidē,  
quae est plenitudo legis & iustitia ) cōtra mors & ira, &  
non bona tibi, si nō serues, id est, si non haberas fidem,  
quantumlibet eius opera facias. Nā iustitia legis etiam  
decalogi, immunda & abolita est per Christū, imo ma-  
gis quam ceremonialis. Nam ipsa proprie est velamen  
vultus Mosi, quod fidei gloria tollit. Ita ceremonialis,  
quæcunq; bona est, si eam serues, non autem operibus  
sed fide eam seruas, id est, si sic opereris eam, vt non in  
illis sed in fide scias esse iusticiam. Cōtra nō bona, mors,  
ira est, si extra fidem serues id quod est, ac si non serues.  
Claret ergo, literam occidentem esse vniuersam legem,  
spiritum viuificantem autem gratiam in fide Christi.

Cū ergo illis legem literæ dederit, nō legē fidei, per Mo-  
sen recte dicit, sese non bona nec viuificantia iuditia de-  
disse, quia nō poterant bonos & viuos facere. Gratia au-  
tē lex vitæ est faciens & bonos & viuos & iustos. Et sic  
Paulus vult, Noui testamenti ministros esse ministros  
gratiæ, nō ministros legis, quia officiū eorū sit nō Mo-  
si. Hoc n. iam missum erat, sed Christi, id est, gratiæ cla-  
ritatē prædicare. Et velim doceri a Magistris nostris vn-  
de sciant, quod Ezech. & Paulus. ii. Corint. iii. de ceremo-  
niali loquuntur: Nōne solum caput suū aut hominis testi-  
moniū allegabunt: Sic n. irruunt porci isti immundi, &  
dicta scripturarū sine iuditio arripiunt, quiduis in eis  
intelligētes, & tamē audentes pugnare pro fide, antequā  
arma sua considerent, an sint picta vel vera.

**V**bi vero ita tractasssem illud Isaiae, Ōes iustitiæ nostre,  
& omnes immundi nos, vt vrgerem vniuersalem, quia  
dicit, Omnes & nos, vniuersæ & nostræ, acutissimus  
dialecticus argumentū inuertit dicens. Imo sic argumen-  
tare, Nō dicit omnes, sed omnes nos, Nec vniuersæ iusti-  
tiæ, sed iustitiæ nostræ, volēs ludeis impiis ea cōuenire,  
nō fidelibus aut omnibus. Quod iā satis est confutatū,  
vt quod nīta in vaga Latomi opinione, ego autē pro-  
barim, id fidelibus ipsiſq; optimis maxime conuenire.  
Sed & aliā habet tā diues theologus euasionē. Esto (in-  
quit) simpliciter dixisset, Omnes iustitiæ, & omnes im-  
mundi, adhuc cōtrahendū est ad partē aliquorū, iterum  
suā vel hyperbolēn vel synecdochen hic inuocans patro-

nam. Quod si dixeris ei , vnde probas figurā hic esse , & contrahendū esse ? respondet. Quia in aliis locis scripturæ sic inuenit̄ ( vt supra patuit ) vt ibi, Omne caput me-  
rens &c. Vbi iterū vides Latomo magistro , liberū esse  
cuius figurare & ludere in scripturis , pro sua voluntate.  
Et hoc vocat̄ Louanii Magistraliter ponderare testimo-  
nia scripturarū , solide docere , & fœliciter vincere hæreti-  
cos. Nā hoc magisterio ego facile defendam istā Isaiae au-  
toritatē , solū vnu ludeum impiū significare , & prohibebo  
Latomū quoq; ne illorū iustitiās ex isto loco im-  
mundas facere possit , & locū hunc eis aptare , in hūc mo-  
dū. Si dixerit , Omnes vestræ iustitiæ sunt pollutæ , respō-  
debo , hoc cōtrahendū est sicut illud , Omne caput mea-  
rens , ad aliquos , propter figurā. At accipiamus illos ali-  
quos & sint duo , dicamusq; eis , Omnes iustitiæ vestræ  
pollutæ. Dicent , Nō. Est figura locutionis , vbi totū pro  
parte sumit̄. Videmur ne tibi lector pulchre theologis-  
ti : Nā cum Latomo satis sit a simili in scripturis pugna-  
re , credo , quia semel legerit virginē peperisse , facturus sit  
virgines matres quoties volet , cōtentus , q̄a hoc in aliquo  
loco sic contigisse ostendere possit .

**V**ide itaq; studia & mores sophistarū , quibus aliud  
nō faciunt , q̄ v̄ varia & incōstantia sint omnia. Suum  
illud decretellū , Anathema sit qui dixerit , mandata dei  
esse impossibilia , tanto rigore , tanta pertinacia , vt verba  
sonant , statuūt , vt prorsus syllabā piæ glosæ nō admit-  
tāt , totū mundū hereticātes sī qd cōtra mutiat. Cur hoc :

L V T H E R U S.

quia suū est, ex homine sumptū mereq̄ humanū verbū;  
At vbi scripturis dei in eos usus fueris, tū infinitis crisi-  
phegetis abundant, tum nihil est qd' cogitare possint,  
quī idē sit mox articulus fidei, nec tamē cogitant aliqd'  
simplex cōstans & vnū. Credo si hodie Christus de celo  
sonaret, Lutheri sentētia vera est, inuenturos eos aliquā  
distinctionē veri, ne in viā redire cogerent. Sed tu lector  
istos vagos oculos pro testimonio habeas, adulteræ mu-  
lieris, nec esse apud Magistros nostros studiū simplicis  
veritatis, sed variæ & inconstantis elusionis. Si mihi sic  
laborandū esset opinionibus, similitudinibus, varieta-  
tibus nollem Christianus esse. Quomodo, n. veritatē so-  
lidā in his pcellis & fluctibus inuenire sperarem? Quid  
ergo reliquū est? Nempe, quia figurā hic esse nō potest  
probare Latomus, cogēt autoritatē citra figurā simplici  
& propria significatiōe admittere, om̄esq; omniū iusti-  
tias esse pollutas, & om̄es homines esse immundos citra  
dei misericordiā. ¶ ALIVM locum Eccle.vii.

Ecclesiast.  
c. A.

ps: 3 et  
88.

NON EST HOMO IVSTVS IN TERRA  
qui benefaciat & non peccet.

**C**latomus inuadit etiā minatus mihi in fine, vt desinat  
ponere maculam in gloriā sanctorum, quod gloria san-  
ctorū apud eum sit opus eorū sine peccato. Quomodo  
psal.iii.dicunt, Tu es gloria mea, id est, tu es opus meū  
bonū sine peccato. Et.lxxxviii. Quoniā gloria virtutis  
eorū tu es, id est, tu es opus eorū bonū sine peccato, scili-  
cet vt nobis ipsis deos faciamus, sicut illi dixerunt Exo-

di. xxxii. Fac nobis deos quod propriē dictū est de opē Exodi. 52-  
ribus bonis, in quo glorianē sancti isti Latomiani. Et  
consonat Isa. iii. Opus manū suarum adorauerunt, qd' Iesā. 5-  
fecerunt digitī eorum. Nam sancti dei confunduntur in  
suis operibus coram deo, & in solo ipso gloriantur, vt  
Hiere. ix. Non glorietur fortis in fortitudine sua. Et Pau-  
lus. i. Corint. x. Qui gloriatur, in domino gloriatur. Sed  
vt dixi Magistri nostri prae nimia prudentia sic loquū-  
tur, vt reuelentur cogitationes cordiū suorum, quod de  
pietate sentiant supra quā prophetæ aut Apostoli capes-  
re possint. Nam quid Latomus de fide & operibus sen-  
tiat ex animo, satis probat os ex abundantia ista cordis  
loquens, præuenit hic artē natura, vt simulare nō posset.  
**C**Consequentiā, circunstantiā & ( qd' dicit ) filū locu-  
tionis hic omisi, ponderator testimoniorū prudentissi-  
mus, qā periculū sensit, ideo cōfugit, Primū ad aliorū ex-  
positiones. deinde more suo ad aliū locū scripturæ. Quā-  
quā & ego si præter hanc autoritatē nihil haberē, non in  
hac sentētia starem, in hoc autē eā posui, qd' prorsus nō  
possim ad eā respōdere, qd' satisfaciāt, sicut nec Latomus  
pōt, nec vllū posse credo, ideo quādo apertis verbis huic  
cōcedere videt, nec aliis eius sensus inueniri a nobis po-  
test, donec spiritus pfectiore dederit, eā copulaui his que  
apertæ sunt & infallibiles. Sepius eā elusi istis glossis, q-  
bus Latomus nitit, sed semp̄ pseuerauit obstrepēs & ni-  
mio cōsensu aliis locis meis cōspirans. Nā Latomus cum  
nihil noui afferat, credit tñ Lutherū nihil eorū vidisse;

L V T H E R V S.

Et hæc credulitas satis erat, qua impellereſ ad ſcribendū.  
Facile eſt dicere, quod idē ſit, Nō eſt iuſtus in terra qui fa-  
**S Reg. 8.** ciat bonū & nō peccet, cū illo.iii.Re.viii.Nō eſt homo q  
nō peccet, ſed cū hic neceſtat hominē & iuſtum. Deinde,  
bonū facere & nō peccare. In libro autē Regū ſimpliciter  
hominē, & ſimpliciter nō peccare dicat Latomus conſe-  
quētias & circumſtantias fugiens, quas profeſſus eſt p̄e  
omnibus ſequi elabit, ego autē qui eā obſeruo, in eis he-  
reō, meū non eſſe intelligens afferere, idē eſſe hominē &  
hominē iuſtum, itē peccare & benefacere cū nō peccare.  
Et plane cōfiteor, ſi Latomus mihi eā opponeret, huius  
meae ſententiæ aſſertor factus, & cōtenderet in ſcriptu-  
ris hominē accipi ferme in malo, p̄ peccatore. vt Gen.vi.  
&.viii.Nō permanebit ſpiritus meus in homine, q̄a ca-  
ro eſt. Et Paulus, Nōne homines eſtis. Itē ſaepius ſecun-  
dū hominē dico. Item humano die. Et psal.lxxxii. Vos ſi-  
cūt homines moriemini &c. certe mihi anguſtiā fecerit.

**C**Retundenda ergo eſt, euidentibus ſcripturis, vt hunc  
ſenſum nō faciat, aut cedendū ei, dū hoc facit, qđ multe  
aliæ. Vnū eſt eīm teſtimoniū, ſed in ore eius verbū tune  
ſtabit, dū aliud aut tertius ei cōfiderit. Itaq̄ cū eam ſol-  
uere nesciam, ſoluor ab eius exactione dū ei cefero, acce-  
dentibus & aliis euidentioribus teſtimoniis, donec ſpi-  
ritus reuelauerit hominē eſſe idē quod hominē iuſtū, &  
bonū facere ac nō peccare, idē quod peccare, interim id  
quod verba ſonāt ſequar, nō ſecuturus ( vt dixi ) ſed in  
dubio relicturus, ſi ſola ſonaret. Tuitor tamē eſt affirma-

Homo pro  
peccatore  
Gen.6. et 8.  
P& 81.

tio huīus sensus quā negatio, etiā si sola sonaret in tota  
scriptura. Quod nemo in hoc peccat, si sua opera bona  
inutilia, peccata, nulla esse corā deo accuset, & cū lob  
omnia vereat. Periculōsum imo impiū, si vnū opus co-  
ram eo iactet & laudet, quæ ratio & cogit hunc lensum  
amplecti, etiā si autoritas, id quod Latomus vult, simu-  
laret tantū. Nunc cū apertis verbis inclinet & solus me-  
tus est; ne quid occulte habeat, sitq; nec plene obscurus  
nec plene apertus sensus, potior sit pietatis sensus aut  
interim nullus, quā impietatis. Accedit, q; & hic he-  
braice faciens bonū, is est, qui autor est ut sint bona, vt  
nō tantū personalem sed efficacem bonitatem ad extra  
prosperatā significet, & tamē hunc peccare dicit, quāto  
magis operatorē honorū, peccatorem faciet. Si tñ mea  
hebraicitas fidem haberet, affererem in hebræo hunc  
sensum haberi. Sic, n. habet, Quoniam homo non est iu-  
stus in terra, qui faciat bonū & nō peccet. prior pars,  
Homo nō est iustus in terra, certe illud facit, qd' e lib.  
Reg. Latomus affert. Nō est homo qui nō peccat, imo  
amplius facit, vt appareat. Demde, qd' sequiſ, explicat,  
quod talis etiā peccet benefaciendo. Sciūt, n. hebræi, q;  
soleat coniunctio superflue ponri in eius generis locutio-  
nibus, vt illud Gen. xvii. Masculus cuius caro nō fuerit  
circuncisa, & peribit anima illa de populo suo. Exo.  
xiii. Quicunq; comederit fermentū, & peribit anima  
eius de Israel. Ita & hic, Qui benefaciat & non peccet,  
pro eo quod est, qui cū beneficerit non peccet.

## L V T H E R V S

**C**ed Latomus, illud quod cōsequentia vrget, non dī-  
luit, vbi dixi superfluū videri, qd' Salomon addit ad iu-  
stum hominē, & dicit, Qui facit bonū & nō peccet, q̄ si  
iustus alius quispiā sit, q̄ non faciat bonū, nā qd' de ca-  
dere & peccare elusisse credit, nō mouet. Non. n. qd' Be-  
da aut vllus homo dicat, sed qd' dicere debeant, quæro.  
In sola scriptura dei attēdere oportet nō solū qd' sed &  
quis dicat. Nec hoc eū iuuat, q̄ aliū locū ex. iii. Re. viii.  
affert, q̄ dictus est, probandū prius fuit, illū eiusdē esse  
sentētiæ & cōtra me facere, nō. n. iuxta ponendū sed cō-  
futandū illi fuit, alioqui cur non etiā illud adduxit. In  
principio creauit deus ecelū & terrā : Et quoties rogo  
dicendū est ei, vt nō iuxta sed contra ponat : sicut ego  
nō iuxta & similia, sed cōtraria illis posui. Non audio,  
alibi sic vel sic dici, sed hoc audiā , alibi contrariū cui-  
dēter dici. Tollat suū, potest sic dici, & afferat, cōmu-  
ne oportet sic dici. Et hoc debet, q̄a cū iudicauerint, dā-  
nauerint, exufferint, cōprobati sint a Bulla, turpissimū  
eis sit, eo fuisse nixos, qd' possit sic dici, nec ostendat, q̄  
oporteat sic dici. Quid, n. cogitabit orbis si scipios pro-  
dant, sup eo dubio, tam certā sententiā tulisse, executos  
fuisse, cōprobatos esse : Et q̄s nō tūc affirmet Latomū  
veritatis illū assertorē, in reddenda ratōe & afferēda ve-  
ritate publice confundi, nec alio q̄z cauillandi & eludē-  
di, nō autē docēdi aut defendēdi studio scripsisse. Hoc  
est. n. nimis crasse sophisticari & tentare ingenia & iu-  
dicia orbis. Ego meorū nihil volo posse sic dici, sed que-

Ecce nō debet sic dici, ea valeat & sint disputatiōes. Etia si id efficeret Latomus, ut mea non vrgeret, tamen hoc nō sufficit, rationis redditorib. & dēnatorib. qui mea exūsserūt, tanq; non solū non vrgest, sed quee prorsus dici non debuerint. Quae est ista leuitas vel scūltitia, vt argumēto suscep̄to de Christo differendi, mox alia cantilena accepta, de Hectore Troiano cantes?

**I**nter hæc & argutatur dialecticis captionibus in Lutherum, velut prorsus  $\alpha\lambdaογον$  & ignarum dialectices, dicens, Non magis sequitur, Nō est iustus qui faciat bonum & non peccat, ergo uno & eodē actu peccat, quā sequitur, Non est homo qui viuit & non videat mortem, ergo simul viuit & morit. Aut si quis diceret, Non est homo qui vigilet & nō dormiat, si ex hoc ve- lis inferre, q̄ simul vigilet & dormiat. Similiter, nō est homo qui viuit & nō comedat, ergo quandocunq; viuit, comedit. Hæc ille, Obscurus, da vnū de pueris Lato- mi, qui vna die audierit dialecticā, vt corā eo præcep- toris sui industriā examinem. Dic puer, Est ne omnis illa cōsequentia optima, q̄ties ad impossibile sequit̄ qd̄ libet, vt habet prima rudimenta apud Aristot: Exempli gratia, bene sequitur, Tria & duo sunt octo, ergo dia- bolus est deus, per regulā, ad impossibile sequit̄ quod- libet. Quāprīmū em̄ antecedēs fuerit verū, cōsequens erit etiā verū. Ita, nōne bene sequit̄, Nō est homo q̄ vi- uit & nō videat mortē, ergo simul viuit & morit: Est n̄ antecedēs impossibile, cū nemo viuēs videat mortē.

L V T H E R V S

Vnde ex eodē antecedente sequit̄ etiā oppositū cōsequētis scilicet, Ergo nō simul viuit & moritur. Ita, non est homo qui vigilet & nō dormiat, ergo simul vigilat & dormit, nōne est legitima sequela; sequit̄. n. etiā cōtradictoriū, Ergo nō simul vigilat & dormit. Quia antecedens impossibile est, cū homo dormire nō possit, qui vigilat, nec econtra, sic, Nōne sequitur, Nō est homo qui viuat & nō comedat, ergo quandocunq; viuit, comedit, nō comedit, est, & non est, & omnia quæ voles inferri: Quare ergo preceptor tuus istas cōsequentias negat & damnat: tum in re seria sic nugatur: An hoc etiā comprobauit Bulla egregiū factum: Vide itaq; lector, q; cæca sit inuidia sophistica, vt ista puerilia rudimenta etiā & cōmunē hominū sensum nō capiat.

**S**ed dicet aliquis Latomaster, Magistri nostri eximii hoc voluerunt, Nō est homo, qui viuat, & non videsbit mortē aliquando in futurū, Et non est homo qui vigilet & nō dormiat aliquādo, alio scilicet tempore, quā quo vigilat. Et nō est homo qui viuit & nō comedat aliquādo, non omni tempore quo viuit. Ex illis. n. nō sequitur, Ergo simul viuit & moritur, simul vigilat & dormit, simul viuit & comedit. Ago gratias de bona informatione. Sed hoc est Magistros nostros eximos vno absurdo liberare, & geminis immergere. Quorū primū est, quod grāmaticā ignorant, nec sciūt differentiā inter verbum præsentis & futuri temporis, dū rem futurā per præsens enunciant, simul multa ad-

uerbia occultant, forte in vindictā, quod antea lingua-  
rū peritiā calumniati, nunc passiones illas animae quæ  
iuxta Aristotelem, vt Dialogus Latomi habet, apud  
omnes eadem sunt, effe<sup>rre</sup> nequeāt, & sint, qd' volue-  
runt, elingues. Ita concedo pessime inferri, Non est ho-  
mo qui viuit & non videbit ( vt psal. lxxxviiii. habet )  
mortē, vel non videat aliquando mortem, ergo si mul-  
viuit & moritur. Ita pessime infertur, Nō est homo q  
vigilet & nō dormiat aliquando, ergo simul vigilat &  
dormit. Non sequit<sup>r</sup>, Nō est homo qui viuit & nō co-  
medat aliquādo, ergo quādocunq; viuit comedit. Sed  
contra quē pugnant istae absurdæ cōsequentiae: Nun-  
quid Lutherus dixit. Nō est iustus in terra q benefaciat  
& nō peccet aliquādo, ergo simul benefacit & peccat.  
Quis mihi hoc aduerbiū, aliquādo, obtrudet? quis il-  
lud Salomoni addere audebit? Et hoc alterū est absur-  
dum Magistrorū nostrorū, quo fere semp peccant, qd'  
vocat, petitio principii. Quo quia Latomus toties vti<sup>r</sup>  
nō grauabor, hominē toties admonere, si forte ex hac  
cōtentione, saltē aliquā regulā dialecticā discere queat.  
Dico ergo, hoc probandū fuit Latomo, q Salomonis  
verbū includeret aduerbiū aliquando, quo cōtrahere  
peccatū, ad opera mala extra bonū opus. At ipse, quasi  
probatū sit, apprehendit & probat negatū per negatū  
viciōsissime.

**C**Quod si hæc vicia non essent, adhuc deficit in mo-  
dis prædicandi per se & per accidens. Peccatū. n. (qd'

L V T H E R V S.

Quid p̄dū horrescere faciet oēs pilos Magistrorū nostrorū ) vo  
ri p̄ se: & lui & nūc dico p̄dicatione perseitatis inesse operi bo  
qd p̄ artides no quā diu viuimus , sicut risibile īest homini (loqr  
ad morē Arist, nō sophistarū, q adhuc nesciūt quid sit  
per se apud Aristo, aut p̄pria passio ) sed esca, somnus,  
mors, insunt p̄dicatione p̄ accidēs, vt ergo nō sequit,  
homo semp est risibilis, ergo semp ridet, ita, nō sequit  
homo viuit, ergo semp vigilat, comedit, morit, tamen  
vt sequit, Homo viuit, ergo est risibilis, comestiuus,  
dormitiuus, mortalis &c, ita sequit, Homo benefacit,  
ergo peccat, q̄a homo benefaciens est subiectū, & pec  
catū eius passio, vt suppositū est ex Salomone. Quare  
ego melius æmulabor cōsequentias istas perseitatis, q̄  
Latomus, & veris exemplis meā cōsequētiā, & necessa  
riis necessariā suadebo, hoc modo bene sequit, Nō est  
sophista Louani⁹ qui scripturas tractet, & nō deprauet  
sentētias damnetq̄ veritatē, ergo eodem opere tractat  
scripturas & deprauat eas. Quia sophistarū est aliquā  
do scripturas tractare, sed propriū eorū, illas depraua  
re & damnare. Sic bene sequit, Nō est theologista Lo  
uanij, qui cōcioneā & nō loquaſ fabulas & somnia sua,  
ergo quoties cōcionatur, fabulaſ, quia theologista ver  
bum dei præsumit, sed propriū suū est, fabulas pro eo  
docere. Sic, Nō est hypocrita Louanii, qui missam fa  
ciat & nō adoret idolum, ergo quoties missam facit/ado  
rat idolum. Quia antecedētia om̄ia sunt necessaria, & p̄  
se, cū nō possint se aliter habere, Veriā dabis pie lector

huius meae nugacitati, & Latomo imputabis, quod non est veritus in re ista graui, veritatē istis nugis calumniari. Vulnerā transire hoc cauillum, sed recordatus pompae & Bullae, timui hec istas nentias belle valere simplices crederent, quae si valerent, incredibili absurditate sententiā meā traducerent, ideo fuit ei reddendū quod merebatur. Hi sunt, quos Papa comprobat, & cultrices agri dominici fideles vocat, in mei solam inuidiam, non in illorum gratiam, de qua tamen sola inflantur.

**Q**uod vero Hierony. addit, qui docet, Hominē non peccare, esse id, quod non perpetuo carere peccato. hoc est, iustum facientē bonum non esse, qui non peccet, debet sic intelligi, quod aliquādo peccat. Sicut de David legitur, quod omnes voluntates fecerit, & tamen aliquādo peccauerit. Iterum hic Latomus affert, suum potest sic dici, & non monstrat, quia debeat sic dici. Obsecro quis dubitat sanctos aliquando peccare? Sed hoc probandum fuit Latomo, quod eadem esset Salomonis sententia in presenti verbo. Iam alterum eius viciū hoc loco, quod a similī arguit. Tertiū vitium, petitio principii est, quod similitudinem non prius probat. Ego concedo sententiam Hierony. adductā, sed nego Salomonis similem & eandem. Quid facies? Inclamabo & ego Latomum iterum, Audis Latome? Tuum argumentū quod suscepisti est hoc. Opus bonū non est peccatum. Et hanc, Opus bonū est peccatum, confutare debes, non illā p̄bare, Sancti aliquādo peccat, nec illā cōfutare,

L V T H E R V S.

Sancti nunquā peccant. De iis.n.nemo tecū disputat.  
Iam Hierony, eo loco, ne cogitat quidē de isto loco Sa-  
lomonis, tantū abest, vt probet, eius sensum esse quē  
Latomus ex ipso affert. Insulsissima cōsequētia, Hie-  
rony, dicit, q̄ sancti aliquādo peccant, & nō perpetuo  
carent peccato. Ergo Salomon idem vult, quādo dicit,  
Nō est iūstus in terra q̄ faciat bonū & non peccat. Cur  
nō etiā dicis? Paulus dicit, Virgo non peccat si nubit,  
ergo idē est quod Petrus dicit, Fratres vigilate & so-  
brii estote. Cōsequentias trahis & nō probas eas, dein  
de sensum vnius loci vis in aliū locum intrudere, auto-  
ritate p̄pria, quasi tibi orbis credere & cedere debeat,  
sine ullo testimonio. Compone quotquot voles loca,  
sed memor esto, vt probes illorū esse, sicuti vis videri,  
eandē sentētiā. Hoc.n.officiū Latome suscepisti, qd' ni-  
si feceris, nihil feceris. Manet mihi sentētia & Salomon  
meus firmus, et vos incēdiarii et sacrilegi cōuincemini.

**A**n autē Hierony, recte tractarit illud, Dauid fecit  
omnes voluntates dei, & tamen aliquādo peccauit. per  
hoc qd' dicit, Om̄es voluntates dixisse deū, sed nō ad-  
didisse, perpetuo, in medio relinqu, alienū ab institu-  
to nostro. Nos dicimus, omnes voluntates dei fieri, sic  
vt ignoscat omni operi nostro, sicut Aug. dicit. Man-  
data dei impletur, quādo quicqd non fit, ignoscitur,  
nihil hic de robustis illis peccatis disputamus, quibus  
aliquādo sancti peccant, sed de quotidiano inherente,  
sicut & ipsi de veniali loquunt, Satis dura mihi Hiero.

interpretatio videt, Omnes, id est, aliquando vel pro maiori tempore, nō tamen damno, propter figurā illā synecdochen. Deinde manifeste errat, quod Paulū insimulat, quasi vel peccarit vel nō bonū opus fecerit, dū scripsit ad Timotheū de membranis, ac quoties de necessariis huius vitae cogitarit. Vbi est hic ille Thraso, qui se ponderare nō numerare testimonia dixit? Error est inquā, asserere, Paulū in his nō benefecisse. Miles Paulus ipse, Omnia quæcunq; facitis, siue comeditis siue bibitis, omnia in nomine dñi nostri Ihesu Christi facite. Cōmunis vita iusti, nō est nisi mera bona opera. Necq; n. vnā vngulam relinquit Christus in Aegypto de ouibus suis. Qd' dico, vt sophistæ sciant S. patres vt Quid d' patru aliquādo peccauerūt, qd' Lato. probat ex Hierony. p autoritate exemplū Dauid, ita aliquādo errasse quoq; qd' ego hic sentiendum, in Hierony. probo, proinde optime valere eorū autoritates, quando scripturis manifestis nitunt, si secus, nemihī crepent & iactēt sese viciisse, cū autoritas cuiuspiā sancti ab eorū parte steterit. In cōtentioē sumus, vbi diuinis, iiscq; certis & euidentibus nitēdū est testimoniis. Humana vno valeat in familiari p̄suasione & populari

**S**ed quia Paulū p exemplo ponit, qui (cōtione, sine peccato bonū opus fecerit, tentemus & nos istā p̄sopopēiā. Demus itaq; S. Paulū vel Petru siue orantē siue docentē, siue aliud bonū opus operantē. Si ē opus bonū sine peccato, & absq; omni vitio; pōt ipse stare cū debita humilitate corā deo et dicere hoc modo. Ecce

L V T H E R V S

domine deus, hoc opus bonū p tuæ gratiæ auxiliū feci, nō est in eo viciū aut peccatū ullum, nec indiget tua misericordia ignoscēte, quā sup eo nec peto, deinde volo vt iudicio tuo verissimo & strictissimo ipsum iudices. In hoc, n. gloriari corā te possum, q̄ nec tu possis illud damnare, cū sis iustus & verax, imo nisi te ipsum n̄ ges nō damnabis, certus sum, non iā opus misericordia quæ remittat debitū in isto opere, sicut oratio tua docet, euacuata hic est vtic̄, sed tantū iustitia quæ coronet. Horrescis ne & fudas Latome, hæc oīa posse imo debere dici a tali iustitiario certū est, q̄a veritatē debet dicere maxime corā deo, nec̄. n. propter deum debet mentiri, at veritas est, opus esse absq̄ peccato, laude dignū, misericordia nō egens, iudiciū dei non timens, imo iā in opere ipso & accepto dono gratiæ confidere & sperare licet, quia habemus qd' opponamus etiā ipsi deo & iudicio & veritati eius, inde nec̄ amplius eū timere oportet, & in misericordia eius nō cōfidere. Nō ne Latome hæc oīia sequi & fieri oportet. Neq̄ em̄ deus, et si creaturas bonas destruat, ideo eas dānat aut reprobat. Ita licet posset & talem sanctū cum suo opere destruere, tamē non potest damnare aut reprobare, q̄a stat veritas, Dilexisti iustitiā & odisti iniquitatē. Et sic per gratiā dei habemus, quod in hac etiā vita & ante iudicium deo opponamus, & tam misericordiam q̄ iudicium eius secure posthabeamus.

**E**t vbi tunc est illud psal. c. i. Nō intres in iudiciū cū

ADVERBVS LATOMVM. 34

Seruo tuo, quia nō iustificabit in conspectu tuo omnis vi-  
uens? An hic syncdoche est, omnis viuens, id est, multi  
vel aliqui viuentes? Sed & Paulus, i. Corint, iiiii. Nihil. 1. Cor. 9.  
mihi conscientius sum ( ecce bona opera ) sed nō in hoc iusti-  
ficatus sum. Quo modo nō iustificatus, cū in bono op-  
ere sit iustitia & nullū peccatum? Certe prædicasti Euana-  
geliū totis viribus, collegisti ( vt Latomus dicit ) colle-  
cta cū omnibus circunstanciis virtuosis, etiā ab Aristotele  
recensitīs, certe hoc opus fuisse bonū nō potes ne-  
gare, quomodo ergo adhuc peccator es in illo? An nō  
es peccator, qui nō iustificatū in hoc te dicis? An etiā  
mentiris te iustificatū nō iustificatū vocans? Si Lato-  
mū audis, non dicas, neq; meipsum iudico, dominus  
autē est qui me iudicat. Sed dicas, ego iudico meipsum  
q; opus bonū illius iudiciū nō metuit, iustus, n. est ipse.  
Aut ergo Latomiani blasphemāt dei misericordiā &  
iudiciū cū suis operibus sine peccato, aut tu Paule men-  
tiris, imo & ipse blasphemas veritatē ab illis doctā. Nō  
stant simul, habeo opus sine peccato, & in hoc nō sum  
iustificatus. Noli deū iniquū facere/q; nō iustificet opus  
bonū sine peccato. Quid, n. in eo damnet: imperfectio-  
nem? at illa non est peccatum sed poena augens boni-  
tatem etiam vt melius sit forte multas q; paucas habere  
eiusmodi imperfectiones.

Hiere. 1A.

**T**at dices, Hieremias dicit, xvij. Tu scis, qd' egressum  
est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit, diem  
hominis non desiderauī, tu scis te pastorem sequens.

I n.

2 Reg. 22. Et Ezechias, iiii. Re. xx. Obscro dñe memēto quæso,  
 quomodo ambulauerim corā te in veritate & in corde  
 perfecto, & quod placitū fuit corā te feci. Respōdeo, nō  
 autē dicit, se in iis ipsis nihil peccasse, idē fere cū Apo-  
 stolo sentiens, Nō sum mihi cōscius, feci quæ tibi placi-  
 ta sunt, & quæcunq; mandant, sed nō in hoc iustifica-  
 tus sum. Loquit̄ quantum habet cōscientia. Deniq; in  
 psalterio et alii locis passim inuocat sancti iudiciū dei,  
 pro causa sua cōtra aduersarios. Et tamē qui corā homi-  
 nibus & cōscientia sua irreprehensibiles sunt, nō iusti-  
 fican̄ corā deo in hoc, sed in alio quopiā, nempe Chri-  
 sto. Si ergo Apostolus audet dicere se nullius esse sibi  
 consciū, & tamen nō in hoc iustificatū, quanto magis  
 Ezechias aut Hieremias nō iustificati sunt in his quæ re-  
 censent, cū sit multo maius & perfectius, nullius esse cō-  
 sciū, q̄b ambulare in veritate & facere placita dei. Hi. n.  
 alicuius esse possunt sibi cōscii, vt & Lato, ex Hierony-  
 probat. Cæterū de verbo est alia quæstio, ibi. n. & Pau-  
 lus audet dicere, deū nō posse mentiri nec seipsum ne-  
 gare, quia verbū est eius nō nostrū, in hoc possumus  
 cū fiducia stare, etiā corā eo & dicere, scio, q̄b hoc non  
 potes damnare, hoc em̄ est iustificatū in semetipso nō  
 modo nullius sibi consciū, hoc non timet tuū iudiciū,  
 nec quærerit misericordiam, deniq; hoc tibi opponere  
 possumus, cū sit tibi per om̄ia æquale &c. Sed de vsu  
 ministerio & tractatu verbi nō ita possumus, quia hic,  
 id quod nostrū est, accedit. Ideo Hieremias bene dicit,

Quod egressum ē de labiis meis rectū in cōspectu tuo fuit. Deniq; pro verbo mori debemus tam certi, q; pura veritas sit, sed pro opere suo bono, quod sine omni vicio sit quis audeat mori? Nā & Paulus ad Timoth. cū diceret, Bonū certamen certauī, cursum cōsumauī, fidē seruaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quā reddet mihi in illū diem iustus iudex, nō dicit se in hoc iustificatū, sed similia Ezechiæ in pr̄sumptione misericordiæ loquit̄, cuius beneficio nullius sibi conscientis expectat coronā gloriæ, qd' faciūt & oēs credentes. Spes. n. expectat non irā sed gloriā. vt Tit. ii. dicit, sed nō in operibus, imo in misericordia dei.

**Q**uid autē si Latomiani elabant, dicentes, Nō volimus ita fieri, q; a nemo est certus an tale opus habeat. Quid audio? Stoici sumus an Academicī, vt nihil certū habeamus? Verū nō credo eos ita desipere. Quid. n. absurdius q; docere bona opera, & simul ignorare q; sint bona opera, aut nullum exemplū posse mōstrarē. Paulus. n. nihil dubitat, nec Dauid, Nō em̄ ait, dubius sum, sed nihil mihi cōscius sum. Et Ezechias, nō ait, dubius sum an fecerim placita corā te. Et Dauid psal. vii. nō ait, Iudica me secundū dubiū meum, sed secundum innocentia mēa quae est in me. Rursus Paulus nō dubitat opus esse in peccato. Nō. n. ait, Sed in hoc dubito an sim iustificatus, sed sic, Nō in hoc iustificatus sum. Et Dauid, nō ait, Quis scit si iustificet in cōspectu tuo omnis viuens, sed, Quia nō iustificabit in cōspectu tuo

L V T H E R V S.

omnis viuens. Quis n. persuaderet ad bonū opus, si dubitare deberet, quodnā esset bonū opus? Quis in dubiū & in incertū currere (vt Apostolus ait) & aerem pugnis verberare volet sciens & prudēs? tum vere nulla vñquā erit pax, cū & bona opera habere oporteat, et nemo sciat tota vita, quādo habeat. Quare nobis optie cōsuluit deus, vt nos de vtroq; certificaret, opera bona manifesta docens esse Gal. v. Fructus autem spiritus sunt, charitas, gaudiū, pax &c. Et Matt. vij. Ex fructibus eorū cognoscetis. Rursum, ea nō sine vitio & peccato esse (ne in illis esset fiducia nobis) certos nos faciēs, vt nō dubia et fallaci cōfessione possimus in om̄i opere nos agnoscere peccatores, & misericordię viri inueniamur. Porro, vt pacē haberemus infallibilē verbū suū in Christo nobis dedit, in quod cū fiducia nixi, securi esse mus ab om̄ni malo. Necq; em̄ aduersus verbū etiā portę inferi valēt cū om̄ibus peccatis. Ibi petra refugij nostri ibi cū Iacob etiā contra deum luctari possumus, & suis cum promissionibus, sua veritate, proprio verbo vrgere (vt sic dicam) audemus. Quis enim deum iudicabit & verbum eius? Quis etiā fidem in verbum eius accusabit aut damnabit? Desināt ergo & mei Latomi maculam in gloriam dei ponere, & os blasphemū compescant, nec nobis idolum operis nostri dubii & infidelis erigant, ne & nos gloriam nostram mutemus in similitudinem vituli comedentis fenum. \*

**C**In fine indignatus, q; insimulati essent sese nō intellige-

**D**e peccato nūc disputatione.

geret quid sit peccatum, vslu scripturarum. Videamus, inquit, in scriptura quid sit peccatum. Deinde peccatum quattuor modis accipit. Primo pro causa peccati, secundo pro effectu seu poena, Tertio oblatione pro peccato. Quarto pro ipsa culpa, quo anima rea fit. Et miror, quod non quinto modo etiam pro premio peccati acceperint, Deinde, ut totum Aristotelem haberemus, etiam peccatum per se & peccatum per accidens facere poterant fœcundi illi distinctores. Hic si queram, quæ est illa scriptura, in qua ista quadriga peccatorum Latomo est visa? Respondet Origenes & Ambro. diabolum vocant peccatum. Et Augusti. Concupiscentiam post baptismum vel motum eius remanentem. Ex his ego concludo, qd Origenes, Ambro, & Aug. sunt scriptura sancta, ita multiplicabuntur non solù dñi, per opera bona, sed etiam scripturæ deorum per peccata. Quid n. essent dñi, nisi & scripturas diuinias nobis darent? Deinde negat peccatorum dici eum qui habet peccatum secundo modo, id est, concupiscentiam seu motum eius post baptismum. Sed mittamus ista portenta & ad rem veniamus. Hic te lector iubeo liberum esse & Christianum, in nullius hominis yba iuratum, scripturæ sanctæ cōstantem, p̄fessorē, que si qd peccatum vocat, tu caue vilius verbis mouearis, q velut melius locuturi, ipsum negant peccatum, sed nūc imperfectionem, nūc poenam, nūc viceum volūt appellari, q extenuet & eludant verba dei, cū nihil horum habeat scriptura, credasq; tu spiritum sanctum eum fuisse, q res suas idoneis ybis eloq; potuerit.

L V T H E R U S.

Ro. 6. et  
A. et 8.

ut hominū figmētis nihil opus haberet. Incredibile est  
ēm quā torqueat sophistas Paulus Ro. vi. & vii. et viii.  
qd' ibi peccatū & nō pēnā appellarit, cōcupiscentiā sup-  
stite baptismō. Multa sūma, si possent, redimerēt hoc

**G.** Hilarius recte censuit, nihil licere (vocabulū.  
asserī extra præscriptū cœlestē, q̄ vero id tentaret, aut  
ipse nō intelligeret, aut aliis nō intelligendū relinque-  
ret, id qd' accidit & istis, in vocabulo peccati eo loco  
Pauli. Nō autē aduertunt sophistæ, quā sit absurdū, &  
fide indignū, peccatū appellari pēnā peccati eo loco,  
& id nullo alio testimonio scripturarē posse doceri, qd'  
tamē oportet in cōtentione, vt obstruaſ os aduersario:  
sicut Paulus iussit Tito. Sed nō solū hoc non possunt  
docere peccatū eo loco pēnā esse, insup nec Louanien-  
sis theologisandi ratio, hic aliqd potest, vt saltē & aliud  
vnus locus in scripturis producere, quo peccatū simi-  
liter eā pēnā significet, etiā si hunc locū nō cogeret de  
simili peccato intelligi. Cū autē hic cardo totius ferme  
questiōis verſet, & vniuersum cahos Latomianæ offā  
in peccati istis ludibriis & æquiuocationibus supbiaſ,  
nobis autē id agendū sit, vt veritatē ſic afferamus, quo  
aduersarius nō habeat occaſionē illudendæ. Habet au-  
tē eam, ſi peccatū nō poſſumus per ſcripturas iſto mo-  
do diſtinguendū & æquiuocandū probare, ſicut reue-  
ra neq̄ illi nec nos poſſumus. Quare in ſimpli & con-  
ſtantí significatiōe ſiſtendū eſt, nec egrediendū, donec  
manifesta autoritas nos exire cogat, paulo itaq̄ altius  
haec repetenda ſunt.

ADVERSVS LATOMVM SA.

**I**n primis, peccatū non multis, sed vno simplicissimo modo in scripturis accipi, nō dubites, nec sinas te p. Sophistas multiloquos hoc tibi extorqueri. Peccatū vero aliud nihil est, q̄ id qd' non est secundū legē dei. Stat. n. sententia Ro. vii. Per legē cognitio peccati, sicut ecōtra, per peccatū ignorantia legis. Peccatū, n. tenebra est, quā lex illuminat & reuelat ut cognoscatur. Iā vero hoc libenter asserimus & gaudemus, scripturas frequētissime vti figuris grāmaticis, synecdoche, metaplsi, figuræ metaphora, hypbole, imo in nulla scripture frequētiores figuræ. Sic cū cœlū in vniuersa scripture, simplex et vniuocā vox sit, quæ supernā illā machinā significet, tamē psal. xviiij. p. Apostolis per metaphorā ponit. Et terra simplex vox qd significet nemo nescit, metaphrice impios viciis & malis calcādos significat. Quod si quis cōtendat, hæc nihil minus multa significata esse. Respōdeo, si sic vis nō repugno. Sed qd' nam tum lexicon, quod nos vocabula doceat: cū figuræ eiusmodi sint in arbitrio vtentiū, seu vt vocat ad placitū? Sicut Horatius docet, Dixeris egregie, notū si callida verbū reddiderit iunctura nouū. Exēpli causa, Vexillū nemo nō simplex vocabulū ducit. At cū dixero, vexillū crucis, aut vexillū verbi, nemo nō egregie factū verbum nouū ex notissimo cernit. Et has egregias innouatiōes, si velis, pprias significationes facere qs erit finis? scilicet ideo in lexico scribes. Vexillū aliquando significat crucē propositā & Euangeliū prædicatū. Persius cepe

K

tunicatū vocat, ergo scribendū. Nota tunica significat  
**P**roinde mihi Hebreistæ illi nō plā (corticē cepē.  
cent, q̄ tot vni verbo significations faciunt, occasione  
Chaldaicorū istorū Onkeli & Ionathæ, quorū hoc ne-  
gociū fuisse videtur, vt ea quæ scriptura venustissimis  
& ornatissimis figuris eloquit̄, pro rudibus exueret̄, &  
crassō simpliciꝝ significato traderent. Hinc natæ illæ  
æquiuocatiōes in ista lingua sine causa, & quædā Baby-  
lonica cōfusio verborū. Mire. n. dispergit̄ & intelligē-  
tia & animus ista varietate, vbi si vna simplici (q̄ties  
fieri potest) significatiōe pposita, cæteras illius imagi-  
nes & figuræ iuxta posueris, placido & faciliter sinu om-  
nē illā confusionē colliges, tum & memoriā & intelli-  
gentiā mirū in modū iuuabis, nec minus animū simul  
dulcissima voluptate capies. Nescio. n. quæ sit figurarū  
energia, vt tam potēter intrēt & afficiant, ita vt omnis  
homo natura & audire & loqui gestiat figuratae. Nōne  
multo dulcius sonat, Cœli enarrat gloriā dei, q̄s istud,  
Apostoli prædicat̄ verbū dei. Et quādo Moses Deu-  
tro. iij. dicit de astris nō adorandis, Ne forte adores ea  
quæ creauit dñs deus tuus in ministériū cūctis gētibus  
quæ sub cœlo sunt: si hebræū verbum sua simplicitate  
reddas inuoluta metaphora, certe nihil dulcius, poten-  
tius, plenius audias. Sic. n. sonat hebraice, Quæ blandi-  
ficauit dñs deus tuus cūctis populis sub cœlo. Obsccro  
quāta eruditio pietatis? quāta cōcitatio affectuū? quā-  
ta voluptas in eo verbo est? c̄ dñs deus astra illa cceli.

omnibus populis dederit, velut adulatus & blanditus eis, quo eos suauissima & tenerrima bonitate sua ad fessē alliceret, & mollibus istis beneficiis ad sui amore inuitaret, nō aliter, q̄z sicut mater filio suo super genua sua blandit̄. Vbi si mihi æquitiocator accesseris, & id verbi cōtenderis, p̄prie eo loci significare, partitus est, vel vt noster transtulit, creavit, cogor tibi cedere, sed quāta gratia simul me priuasti, & velut e paradiſo in terrā depositisti, dū nimis proprie et citra figurā loqueris, cū in figura nihil minus, & tuā significationē cū voluptate possederim. Nā qd̄ hinc, portio, pars, sors, hæreditas dicit̄, quis non videt inde manare, q̄ deus vniuersitas facit portiones, vt possis dicere, Hæc blāditia dei mihi & mea portio est, & hinc id verbi, diuisionis significationē videat per Metalip̄sim traxisse, vnde illud Gen. xl ix. Diuidam illos in Iacob. At psal. v. Linguis suis dolose agebant, pro lingua sua blanditi sunt, retinet gratiā verbi. Igitur id quod diuidere, blandiri, creare, velut tria vocabula facis, propter usum autorū, vel figurantiū, vel figurā tollentiū, poteras in uno vocabulo cōcludere, maiore gratia & luce.

**S**ic cum Deutro. vi. dicit̄, Et narrabis ea filiis tuis, fortius sonat, si dixeris. Et acues ea filiis tuis. Nam non esse simplicem narrationem, probat quod sequitur, Et loqueris de eis, siue habites in domo, siue ambules in via, siue cubes, siue surgas. Quod si obstrepes acuere,

nō ad verba, sed ad ferrū pertinere, ut hīc p̄prie verbū  
istud iterare, narrare, inculcare, cogas significare, per-  
mittā tibi, sed magis credā priori ut gratiōri significa-  
tioni & fortasse soli. Nā huius verbi vim æmulatus vi-  
det Paulus, ij. Timoth, ij. Insta oportune, importune  
argue, increpa, obsecra. Quid hoc est, nisi verbum dei  
esse assidue tractandū & inculcandū, acuendū & expo-  
liendū? ne scilicet intrent traditiones hominū, & hebe-  
tent verbū dei, fiatq; illud Eccle. x. si ferrū rubiginosū  
fuerit, & facies eius non deterant, roborabūt vires &c.

**E**xodi  
32.

Vidēsc̄ populū esse nudū, spo-  
liauerat. n. eū Aaron, propter ignominia sordis, & in-  
ter hostes nudū cōstituerat, nō prohibebor, quin ean-  
dē rem melius sic referam. Et vīdit Moses populū quia  
ociosus esset, ociosum em fecerat eū Aaron ad notam,  
dū erexisset eū. Quod verbū Paulus ad Gal. æmulatus  
dicit, Euacuati estis a Christo, & euacuatū c̄st scanda-  
lū crucis, id est, cessauit scandalū, iā nō efficax est, nec  
Christus in vobis operosus est. Ita hic Aaron suo vītu-  
lo fecerat populū, vt nec a deo ageret nec deus ageret in  
ipso, sed ociosus ab illis diuinis operibus, erectus esset  
ad gloriā p̄priæ iustitiæ. Nōne hoc verbo puchre nō  
solū nuditatē ipsam, sed & qd illa sit & portēdat, colla-  
go? Nēpe qd futurū erat, sicut & illic Aaron fecerat,  
qd sacerdotes populū a lege dei traheret et diuinis ope-  
rationibus vacintē, in suis p̄priis operibus erigeret, si-  
cut & Paulus dicit, Circuncidi vos volūt, vt in carne

vestra glorient. Hanc. n. gloriā tāgit Moses, quādo dicit populū ab Aaron euacuatū, & tamē erectū in suam notā, vt ipse hinc notabilis esset, cuius opera talis esset populus factus, id qd Hieron. dicit, ppter ignominia fōrdis & inter hostes nudū constituerat, qd nihil facit neq ad rem neq ad textū, nisi æquiuoces om̄nia, qd nō phibeo. Ab hoc verbo rex Aegypti nomē habet Phārao, q sit eiusmodi populi rex, qui ociosus sit ab operibus dei, suis propriis operosus.

**A**d huc vnū, psal. c. xvij. s̄epius iterat̄ hoc verbū meditari, vt Testimonia tua meditatio mea est, Et meditabor in iustificationibus tuis semper. Et cū variis modis. **Meditari.** vertat̄, tamē facile in vnā colligā significationē omnes, quae est, qd' vulgo dicit̄, amicabiliter applicare, sese insinuare, teu. freuntlich zu yhm thun / feyn zu yhm stelen. Qd' Gen. iiij. dicitur, Respexit deus ad Abel & ad munera eius, ad Cain autē & munera eius nō respexit. Prouer. viij. aliter, Et delectabor p singlos dies. Et iterat̄ Deliciae meae ad filios hominū. Isaiae. xvij. In illa die inclinabit̄ vir ad deū suū, & nō inclinabit̄ ad idola sua, Iā Isaiae. lxvi. Et sup genua blandient̄ vobis. Rursus Isaiae vi. Et oculos eius claude. Obscro sint ista oīa vera, vt idē verbū meditari, inclinari, delectari, delicias habere, respicere, blandiri, claudere, & si fuerint plura, significet. Iustū autē ne est tot vocabula ex vno multiplicare, cū possis vel oīa vel plurima in vnū significatū colligere, & figuris solis variare. Respexit deus ad Abel, id

K ij

est, hoc faciēs animū appulit ad eū. Sapiētia delectat p  
 singulos dies, dū hoc agēs appellit animū suū omībus,  
 & insinuat se benigniter filiis hominū. Sic homo appli-  
 cat sese dulciter ad deū, sic mater blandita filio in gre-  
 mio figit vultū suū in vultū illius, & blāde ad eū gestit,  
 Sic oculos illorū claudit, faciens vt spōte illos figant in  
 sua studia & sic claudant, Sic testimonia tua meditatio  
 mea est, dū cæteris contemptis, ad ipsa me verto. Bre-  
 uiter, omnē illam varietatem colligo, in hoc q̄ verto,  
 applico, apto me gratuito & ex animo ad illa.

**H**æc eo dicta putent, vt probetur, scripturā esse re-  
 fertam figuris, nō tot significata & vocabula faciamus,  
 quot fuerint figuræ, alioqui qd opus figuris. Et vt ad  
 institutū veniamus, Christus dum offerretur pro no-  
 bis, factus est peccatū metaphorice, cū peccator ita fu-  
 rit per omnia similis, damnatus, derelictus, confusus,  
 quōd intelli-  
 vt nulla re differret a vero peccatore, q̄d quod reatū &  
 peccatū, qd tulit, ipse nō fecerat. Sicut dicit psal. lxyij.  
 Quæ nō rapui tunc exoluebā, vt non dubitet ea confi-  
 teri sua esse, dicens ibidē, Improperia improverantū  
 tibi ceciderunt super me. Et iterū, Insipientia mea & de-  
 licta mea a te nō sunt abscondita. Oportet autē in meta-  
 phora aliquā differentiā esse a re vera, quia similitudo  
 (vt aiunt) non identitas est. Et quæ transferunt secun-  
 dū similitudinem se transferunt, alioqui ne translatio  
 quidē esset. Et hoc spectauit Paulus Ro. viij. Misit deū  
 filiū in similitudinē carnis peccati. Et Heb. iij. Tentatū

**Christo fa-**  
**tus e p̄tm:**  
**quōd intelli-**  
**gatur.**

per omnia p̄ similitudine absq; peccato. Et in hac transla-  
tione, nō solū est verborū sed & rerū metaphora. Nā  
vere peccata nostra a nobis translata sunt & posita sup  
ipsum, vt om̄is qui hoc ipsum credit, vere nulla pecca-  
ta habeat, sed translata super Christū absorpta in ipso,  
eū amplius non damnent. Proinde sicut figurata locu-  
tio est dulcior & efficacior q̄̄ simplex & rudis, ita pec-  
catū verū nobis molestum & intolerabile est, sed trans-  
latū & metaphoricū iucundissimū & salutare est.

**V**t ergo Christus vere petra dicitur, ab Apostolo  
i. Corint. viij. Petra autē erat Christus, ita Christus ve-  
re est peccatū. Item Christus est serpens æneus, agnus  
paschalis, & om̄ia illa de eo dicta. Nō tamen ideo dici-  
mus, q̄̄ æneus serpens sit duo vocabula, nec petra. Ne-  
mo vñquā dixit Agnus paschalis, vno modo pecus,  
alio modo Christū significat. Nemo dixit Aaron vno  
modo Christū, alio modo filiū Amram. Nemo dixit  
Dauid vno modo filius Iſai, alio modo Christus. Salo-  
mon vno modo filius Dauid, alio modo Christus. Et  
tamē vere dicimus, Christus est Dauid, Salomon, Aa-  
ron, et oīa illa veteris testamēti symbola. Ac ppter hūc  
Christū peccatū factū, etiā sua similitudo peccatum di-  
citur, oblatio scilicet veteris testamenti, Ita vt non di-  
uersitas sed similitudo peccati per omnia maneat, quae  
facit figuris locum & vocem cōmūnem reddit, illi autē  
peccatum sic tractant, vt quattuor istae species dissimi-  
liores sint, quā cœlum & terra, ex qua dissimilitudine

hebetae intellectus, confundit anima, & perit vniuersa  
gratia, tum verbi tum rerū. Hoc modo Paulus Ro. viij  
Ro. 8. tractans peccatū dicit, Et de peccato damnauit peccatū  
de peccato illo, qđ Christū esse fecit, trāslato n̄o in il-  
lū damnauit peccatū nostrū, de quo nunc videamus.

Peritātum

Dicimus ergo sophistas, vere nō nosse, qđ sit pecca-  
tū vsu scripturarū. Nā dū poenā vocāt, longe dissimilē  
rem a peccato somniāt, qđ scripture nō facit. Quia vt  
dixi, Christus similis peccato fuit p om̄ia, nisi qđ pecca-  
tū nō fecit. Nā om̄e illud malū, qđ postactū peccati in  
nobis est, scilicet timor mortis & inferni, sensit & tulit  
Christus, illud vero figmentū illorū, de reatu & depu-  
tatione ad poenā ipsi nō intelligunt. Christus, n. sensit  
deputationē illam, & similis erat illi, qui sic deputatur,  
licet absq; culpa. Quæ vero est deputatio, quā nō sen-  
tias? prorsus nihil. Itaq; Christus tunc (vt dixi) nihil  
differebat a nouissimo peccatore, q accepta īā mortis et  
inferni sentētia dānandus esset. Vigebat illa deputatio,  
solū hoc aberat, q talē deputationē nō meruerat, & si-  
ne opere in illā p nobis traditus erat, quāc̄ hæc res ma-  
gis affectibus, q̄ verbis tractari & capi velit. Ulta di-  
cimus, sophistas nō nihil capere, que sit substātia pecca-  
ti, scilicet offendio dei & legis dei trāsgressio, sed quale  
sit in pdicamento quātitatis, qualitatis, relatiōis, actio-  
nis, passionis, hic prorsus nihil sciūt. Quare hic sic tra-  
ctabo, vt ad oīa Latomi pducta semel respōderim, ne  
liber crescat in immodicū, si per singula discurrat, pat-  
endum enim est lectori.

¶ Ut ergo crassissime loquamur pro sophistis. Peccatum secundum predicamenta tractemus, si forte possint nos sequi. Peccatum citra metaphoram, ubi ubi fuerit vere peccatum est, natura sua, nec unum magis peccatum quam aliud, iuxta proprietatem substantiae, quae non suscipit magis neque minus, licet unum sit maius & fortius alio, sicut & substantia una maior quam altera, non, ne minus substantia est minus quam homo, nec minus homo infirmus quam robustus. Porro, ne me in verbis captent, Substantiam hic accipio non more Aristotelis sed Quintiliani, quod modo, de qua uis re mundi possis primum disputare, quod sit, deinde quanta, deinde qualis, & sic de aliis, quod & Aristoteles obseruat ubi cuncte differit, sed & sophistae cuius prædicamento suum tribuit quidditatem. Sic non de iustitia disserturus, per prædicamento dispones locos orationis, primum, quod sit, secundum substantiam suam, deinde, quanta, qualis, quorum, quod agat, quod patiatur, ubi sit, quod tempore sit, quod habeat, quo modo gerat se. Nam hic de predicamentis intellectus, meo iudicio ad eloquentiam, ad memoriam, ad intellectum, ad cognitionem rerum utilissimus foret, si exerceretur, sed scholis sophisticis prorsus ignotus. Hoc vero peccatum substantiale (ut dixi) non nihil intelligunt sophistae, sed post baptismum & infusionem virtutem dei, sic se habet, ut nondum penitus nihil sit, contumeliam tam est & subiectum, ut iam non possit quod potuit. Quid autem potuit, reos nos agebat coram deo & conscientiam infestabat tyrannice, trahebatque de die in die in maiora mala, eratque in quantitate, qualitate & actiione

potens, in vbi & quādo regnabat, quia vbiq; & semp  
in om̄ibus virib; om̄i hora praeualebat. In passionis  
vero prædicamēto nihil erat, non. n. paciebat legē ar-  
guentē, nolebat tangi etiā. Deinde sitū suū in corde po-  
suerat, declinare faciem suā deorsum, & ad inferos pro-  
perare. Porro, relatio erat omniū pessima, quod op-  
ponebatur gratiæ, subiectū iræ & furori dei. Sic reg-  
nabat, nos seruiebamus illi.

**C**At cū venisset regnū dei, diuisum est hoc regnum,  
princeps mundi electus foras, caput serpentis cōtritū,  
vsc; ad feces & reliquias quasdā, quæ nostra demū cu-  
ra sint exterminandæ. Sic ingressis filiis Israel terram  
Chanaan, oēs plane reges occidebant, virtus eorū con-  
trita, reliquiæ tamē lebuseorū, Cananeorū, Amorreo-  
rū (vt Iudic. i. scribit) remanserūt, naturalis & germa-  
na portio illorū populorū deleterū, sed sic vt essent tri-  
butarii & serui, nō autē regnarent aut sequarent̄ filiis  
Israel, quos demū Dauid confortato regno deleuit. **I**ta  
nos in regnū fidei vocati per baptismi gratiā, regnum  
peccati, obtinemus, cesis omnibus virib; eius, tantum  
in membris reliquiæ manent, remurmurātes, & gene-  
ris deleti sui ingeniū & naturā referentes, quas nostro  
marte abolere debemus, fiet autē vbi Dauid noster cō-  
fortato regno sederit in sede maiestatis suæ. **D**e hoc re-  
liquo peccato mihi cū sophistis questio est, an sit cen-  
sēndū vere peccatū nec ne. Et vt dictum est negare non  
possunt, peccatū ab Apostolo dici, sicuti vellent, ideo

ADVERVS LATOMVM. ¶

ad patrū glosas & distinctiones cōfugiūt, adeo vt obti-  
nuerint, vt Pauli vox conticuerit per orbē, nemoq; sit  
amplius, q; illud peccatū vocet, nō ē quo Paulus vocat,  
volentes esse vocē absurdā & periculosam. Quasi spiri-  
tus sanctus minus puidus fuerit, aut verba ignorarit,  
q;bus sine periculo de rebus suis loqueret̄, & nos loqui  
doceret. Proinde, p reducendo vñ Paulinæ vocis, hic  
oīa omniū patrū dicta semel in vnū negemus, siue ap-  
pellent superstite illā concupiscentiā, infirmitatē, pce-  
nā, impfectionē, viciū, aut quoquo modo volent, nos  
illis Paulū opponimus Apostolū nostrū, id est gentiū,  
tam locupletē autorē, qui nō vno loco peccatū, & scim̄  
peccatū, nunq; pœnā, nunq; impfectionē, nunq; infir-  
mitatē vocat. Necq; n. Augustino, q;q; omniū summo,  
licuit vocē Pauli mutare, & aliam inuenire.

**D**icimus ergo, si probauerint, vel ex absurditate sen-  
tentiae, vel ex cōsequētia, peccatū hoc, nō esse peccatū  
vere, cedemus, & peccatū hoc loco non peccatum sed  
pœnam significare consentiemus, alioqui ne angelis  
quidē de cœlo aliud dicentibus cessuri. Quid quæritis  
amplius sophistæ? ac patres quidē excusatos habeo, q;  
vel tentatione vel necessitate adacti fortiter negauerūt  
peccatū post baptismū remanere, q; a cū illis pugnabāt,  
q; gratiā simpliciter negabant, ideo vt digne eā cōmen-  
darent, asseruerūt omnia peccata auferri. Et seruiebat  
sermo eorū pulchre & apte materie (vt dicunt) sub-  
iectæ, nā aduersarii de peccato regnante disceptabant,

L. n.

L V T H E R V S

hoc negabat afferri, id qd' impiū est, vere. n. totū peccatū abolitū est, vt prorsus nihil regnet amplius. Quā quā August. ipse in multis locis plane & vitiū & peccatū appellat, vt est in Epistola ad Hierony. vbi dicit, Nemini tantā esse charitatē in hac vita, quae nō augeri debet. Atqz id qd' interim deest, vitiū est, inqt. Et sequitur ex quo vicio, nō iustificat in cōspectu dei om̄is viuens. Ex quo vicio, si dixerimus, q̄a peccatū nō habemus, ipi nos seducimus, & veritas in nobis nō est. Ex quo vicio nō ē iustus in terra q̄ bene faciat et nō peccet. Hęc Aug. Hic vides & Aug. hāc autoritatē sic intellexisse, q̄ benefaciēs peccet, q̄a opera in charitate nondū satis aucta, quā vitiū vocat, nihil aliud in opere isto deesse disserens, q̄ plenā charitatē. Sunt ne hęc clara satis? Sed & Lato. quædā ex eodē adducit, in candē sententiā vitiū semp̄ asserētē, q̄q̄ (vt dixi) Augustino nō satis credo, ne aduersarius dicat me eo miti tantū vbi meū facit. sit sane sibi ipsi cōtrarius, vt Lato, cogit, mea nihil refert. Att̄n cū esset Lato, his tonitruis pcussus in caput, vt alienatus diu secū nō esset, vidēs sele Aug. dānasse in Lutherō, qd' ante temeritatē videre nō poterat vniuersi sophistāe, tandem ad se reuersus cogitauit, qd faciā? turpe est vinci, hoc faciā. Imaginabor latinā linguā in toto orbe vna cū grēca & hebrea, virtute dialogi mei extinctā esse, aut si qd reliquiarū supereſt, dicā, sicut de hoc peccato dico, nō esse peccatū, ita illā nō esse linguā, q̄a Pa- pa factū nostrū cōprobauit, facile erit, vt istas orbis re-

liquias cogamus e Louaniensi facultate theologiæ, perte vocabulorū significatiōes. Igit̄ cū vocabulū, viciū, in Augustino toties occurrat, vt etiā magis infestet, q̄ vocabulū peccatū in Paulo, statuimus & ordinamus, & in virtute facultatis nostræ præcipimus, vt vitiū signifiet qd̄ nos volumus, nempe impfectionē, nō illud quod desit & deesse nō debet, nec qd̄ sit cōtra legē dei. Si qs autē aliter dixerit, indignationē bullæ et in caudā eius nouerit sese incursurū. Datū sub sigillo &c. Te obsecro lector, q̄ miraris me sic ludere in sophistas istos, an nō iustus sit dolor meus sup istis inauditis temeritatibus & impudētissimis sycophanciis? Nō eos ludam: q̄ nō cōtentī q̄ scripturas dei, q̄ dicta patrū, q̄ euidentes rationes ludunt, insup pergunt toti orbi os oblīnere, & plane oēs homines in bestias trāsformare, quasi nec linguaſ noſtras cognoscāmus. Oīa secula, totus orbis, viciū vocat etiā hoc, qd̄ cōtra virtutes morales est, & visitatissimū est verbū de vicijs & virtutib⁹, nec ipsorū Aristo, peccata aliud q̄ vitia vocat. Et adhuc audēt isti prodire, nīra, sua, diuina, oīa negaturi, & in faciē omnīū dicturi, vitiū nō solū nō cōtra virtutes, sed nec contra gratiā dici. En tibi Louaria tuos incēdiarios, hostes linguarum & veritatis. Et tu Antichriste Romane, En Igit̄ frontes istas meretricias con- (tuas cultrices, temnamus, & Augusti. cū Paulo iungamus, q̄ hic peccatū, ille vitiū vocat. Vitiū autē scimus id esse, qd̄ culpā & reprehensionē habeat, arguic̄ dignū sit, etiā in re-

L V T H E R V S.

bus corporalibus. Sic habet vniuersa lingua latina.

Quare Paulū de peccato audiamus, Ro. viij. dicentem,

**Ro. 8.** Misit deus filiū suū in similitudinē carnis peccati, & de peccato dānauit peccatū in carne, vt iustificatio legis implereſ in nobis, qui nō secundū carnē ambulamus, sed secundū spiritū. Quid est peccatū dānari de peccato & diximus Christū esse peccatū factū, p nobis sicut dicit.ij. Corint. vi. Eū q nō nouerat peccatū, pro nobis peccatū fecit, vt iustitia dei essemus in illo. Hic vtrūq peccatū vtrocq loco ponit. Metaphoricū vel allegorū cū est Christus, de q̄ peccato dānauit nostrū verū peccatū. Nā qd̄ peccatū nostrū tollaſ, vnde habentus, nisi de Christo facto peccato p nobis, nō vticq de nostris virib⁹ aut meritis, sed de peccato dei, id est, quē deus peccatū fecit. Rogo cur nō dixit, extinxit peccatū, sed vigilāter ponit, dānauit peccatū? Nō, n. nos credimus, cū Louanieñ. sophistis, Paulo defuisse verba qui sit vas electionis, electis & ppriis verbis locuturus praeuisus. Quis, n. est dānatus? deinde addit in carne, om̄ino asserens peccatū in carne, sed dānatus. Dānatus vticq is est, q nō modo a latrocínio aut malo scelere phibit⁹, non modo captus & incarceratus, sed iudicatus & lata sententia mortis ductus est ad mortē, vt nihil aliud cū eo fiat, q̄ vt tollaſ de medio, etiam si necdum sit sublat⁹. Quæ est enim virtus talis latronis?

**¶** Ita peccatū p baptismū in nobis captū, iudicatū, prorsusq infirmatū, vt nihil possit, mandaſ penitus abolēclū, q̄ vero huic dānato cōsenserit, incurret illud Iohā.

ADVERVS LATOMVM. 88.

xvij. Spiritus arguet mūdū de iudicio/qā princeps mūdi iā iudicatus est. Dānatū peccatū & iudiciū hoc rectū esse credere debemus, & ipsum exequi. Quae sunt autē vincula huius captiuitatis? Isa. v. Et erit fides cinctoriū renū eius, & iustitia cingulū lūborū eius. Sic psal. lxvij. Ascendisti in altū captiuā duxisti captiuitatē, accepisti dona in hominibus. Quis vñ ignorat latronē liberū nō minus esse latronē q̄ captiuū? Sed virtus eius extincta est, vt nihil sit eo infirmius cui mors est p̄xima, nō pōt modo, qđ latro vellet. Miser ergo, sed tamē latro, si em̄ dimiseris eū, faciet quæ latro facit. Ita peccatū in nobis post baptismū vere peccatū est naturaliter, sed in substantia, nec in quātitate, nec q̄litate, nec actiōe, in passione vero totū. Nā idē prorsus est motus iræ & libidinis in pio & impio, idem ante gratiā & post gratiam, sicut eadem caro ante gratiam, & post gratiam, sed in gratia nihil pōt, extra gratiā p̄eualet. Vnde Paulus. viij. lex spiritus vitæ in Christo, liberauit me a lege peccati & mortis. Cur nō dixit, liberauit me a peccato & morte? Nōne Christus liberauit a peccato & morte simul: verū de opere p̄prio legis spiritus loquit̄, q̄ hoc faciat qđ Christus meruit. Christus qđē semel absoluit & liberauit omnes a peccato & morte, dum nobis legē spiritus vitæ meruit. Ille ergo spiritus vitæ quid fecit? nondum a morte, nōdū a peccato liberauit, liberabit autē tandem, qā adhuc moriendū est, adhuc in peccatis laborandū. Sed a lege peccati & mortis liberauit, hoc est, a regno & tyrannide peccati & mortis, vt peccatū quidē affit.

sed amissa tyrānide nihil possit, & mors quidē instet,  
sed amissō stimulo, nihil nocere neq̄ terrere possit. Ec-  
ce iā duos locos, in q̄ Paulus peccatū vocat reliquū ma-

**Ro. 8. et Colos. 3.** **H**inc Paulus Ro.viiij. & Colos. iiij. (lū baptismatis.  
iubet mortificari mēbra sup terrā, irā, libidinē, auari-  
tiā, & similia, apertis verbis vtens, iā nō solū appellās  
ipsum peccatū, sed suis nominibus, irā, libidinē, auari-  
tiā. Et hæc noui isti linguarū autores psuadebūt nō esse  
nomina vitiorū necq̄ peccatorū. Scribit. n, sanctis & fi-  
delibus Apostolus. Fingāt igif̄, libido in isto loco non  
est viciū sed poena peccati, & imperfectio quædā, nō con-  
tra legē dei. An nō erat etiā poena peccati ante baptis-  
mū? Cur tūc erat peccatū? An imputatio hic sola mü-  
tauit rem & naturā? Necesse ergo habebūt, vniuersum  
Paulū ferme nouis vocabulis replere, erasis istis inole-

**Ro. 6.** Sic Ro.vi. Non regnet peccatū in mortali corpore  
vestro, vt obediatis cōcupiscētiis eius. Quid clarius di-  
ci potuit, peccatū inest in corpore & cōcupiscētie eius-  
dē, sed ne regnet curandū est, hic sā tertius locus. Quar-  
tus ibidē, Peccatū, n, vobis nō dñabit, q̄a nō estis sub le-  
ge, sed sub gratia. Ecce sub gratia agentibus scribit, &  
peccatū eis nō dominari dicit. Quod vtiq̄ nō de extra-  
neo, sed intraneo oportet intelligi. Quis, n, extraneo re-  
sistere potest, & alterū prohibere/ne peccet? Quintus  
ibidē, Vetus homo noster simul crucifixus ē/vt destrua-  
tur corpus peccati. Noster, inqt , homo crucifixus est,  
& tamē destruendū est corpus peccati in eisdē nobis,

ADVERSVS LATOMVM

95

Nunque vult dicere, vt destruat corpus imperfectis aut corpus poenite. Ecce quincque locos aptos habemus, in quibus Paulus peccatum vocat, perter eos, quod non numeramus adhuc, vbi nominibus individualibus vitiorum vtitur. Et hec omnis coelestia tonitrua, cedere cogest sibi fumiveduli hominum temperatum, vna repta glosella ep proprio capite prolata, ne uno quode loco scripture roborata. Non de septimo capite, quod totum huc pertinet, in sequentibus. videbimus.

**Q**uid ergo? peccatores sumus; imo iustificati sumus, sed per gratia. Iustitia non est sita in formis illis qualitatum, sed in misericordia dei. Reuera. non si a piis remoueris misericordia, peccatores sunt & verum peccatum habet, sed quod credunt & sub misericordiae regno degunt, & damnatu est & assidue mortificant in eis peccatum, ideo non imputantur eis. Ista est remissio baptismi glorioissima & certe si spectes rem diligenter, fere maius est, eum pr*iu* iusto haberi quod adhuc peccatis infectus est, quod qui omnis non purus est. Non ergo dicendum, quod baptismus non tollat omnis peccata, vere omnis tollit, non secundum substantia, sed plurimum secundum substantia, & totum secundum vires eius, si mul quotidie etim tollens secundum substantia, vt euacuet.

**N**ec ego solus aut primus ex hominibus post Apostolos hec dico. August. verba sunt, Remittit in baptismo vniuersum peccatum, non vt non sit, sed vt non imputetur. Audis? Est peccatum etim post remissionem, sed non imputatur. Non sufficit tibi haec ineffabilis dei misericordia, quod te penitus iustificat ab omni peccato, habens te ac si sine

M'

L V T H E R V S

peccato sis, tantū vt pergas mortificare, id qđ iā dāna-  
tū & prope mortē positū ab ipso est. Monstret itaq;  
absurditatē & cogat Latomus, Apostolū nō intelligen-  
dū de vero peccato , pprie dicto. At dices, hoc iam non  
peccatū est, nō imputari. Hoc est qđ volo , vt nō natu-  
ræ operis, sed misericordiæ nō imputati tribuat. Lato-  
mus autē misericordiæ ignoscētia postposita, vult ex  
natura non esse peccatū. Hoc vero est sacrilegium.

**P**Ex iis puto defensum nūc, Omne opus bonū esse pec-  
catū, nisi ignoscat misericordia. Nā nec ipsi possunt ne-  
gare, qđ fructus referat naturā arboris. At arbor iā , pba-  
ta est, nō sine peccato esse, licet dānato et indulto, quare  
nec opus eius est sine peccato , licet dānato & indulto.  
Hic etiā Aug. i. Retra. xix. dicit, vbi disputat, an māda-  
ta dei impleant̄ in hac vita, cōcludit, Omnia mādata dei  
implen̄, quādo quicqd nō fit signoscit̄. Nōne hic clare  
dicit, nō operibus factis sed misericordia ignoscētia dei  
mādata impleri ? Quid autē ignoscit̄ nisi peccatū? Cla-  
ret ergo in meris cauillis verborū sophistas haerere, dū  
negat̄ peccatū esse, et tamē appellari a Paulo peccatū cō-  
cedūt, vt possis dicere secundū eos , Opus bonū nō est  
peccatū, est tñ illud qđ dicit̄ peccatū, sicut sup̄ de impo-  
ssibili. Mandatū dei nō est impossibile, est tñ qđ dicit̄  
impossibile. Quasi Demodocū apud Arist. æmuleris  
& dicas, Louaniæ insipiētes qdē nō sunt , faciūt tñ ea,  
q̄ faciūt insipiētes. Scilicet, tātas tragedias mouēt , tātū  
ne voces istas, peccatū & impossibile in publico sinant

vlo sensu valere, nulla culpa, nisi q̄a contradic̄tū est ab eis, ne Magistri nostri a veritate confundantur.

**D**icit q̄a hic de peccato diximus, p̄monitū volo lectorē vt habeat qd' breuiter oīibus a Latomo inductis rez spōdeat. Obscrua primū, Latomus incedit p̄ oīa, quasi peccatū a me assertū nihil sit, & īā dudū triumphatū, vt est mos sophistar̄ ante victoriā exultare et petere prin- cipiū vīciosissime. Ideo quicqd scripturæ vel patrū po- test corraderē, in q̄ negant̄ peccare fideles, huc p̄tinere credit, vt me cōcludat. Tu ergo ad ista oīa vtere Pauli verbo Ro.vi. Nō regnet peccatū in mortali vestro cor- pore, vt aliud scias esse, peccatū regnare, & aliud, pecca- tū regnari. Intelligis? Nā sic potes dicere etiā Latomi v̄su, aliud esse peccatū velle, aliud peccatū explere, cū sit tñ idē peccatū, vt furtū vel homicidiū. Dic ergo quā- do nubib⁹ testimoniorū aduehitur, Dñe numerat̄ testimoniorū & nō ponderat̄ eorū, vos valde bene p̄batis, nō esse in sanctis vel operibus eorū, peccatum regnās, sed nō p̄batis, nō esse peccatū regnatū, seu illud quod Paulus tāgit, dū dicit, Nō obediatis cōcupiscētiis eius. Eius, Eius, auditis D. Latome? Eius peccati quod nō regnet in corpore, & tamē sit in corpore cū suis cō- cupiscentiis. Nā Lutherus nunquā de regnāte peccato dixit, quod in sanctis esset. Vos ergo nō recte facitis, q̄ aliud promittitis & aliud facitis. Vultis confutare Lu- therū, & confutatis aliquē vestrū Morpheum.

Exēpli gratia, quādo Paulus, i. Cor. vii. dicit, virgo si

A D V E R S V S L A T O M V M.

nubit nō peccat, & si duxeris vxorē nō peccasti. Hoc D  
vestra inducit contra Lutherum, & non concluditis,  
qa idē est cū illo, nō regnet peccatū in corpore vestro,  
ergo de regnāte peccato loquīt̄, quod dictionis series  
probat, qa de sanctis loquīt̄, in quibus nullū peccatum  
regnat. Nōne et Lutherus multo fortius q̄z vos dixit, ex  
i.lohan.ijj. Qui natus est ex deo nō peccat, & nō potest  
peccare & repugnat, n.ex deo esse & peccare. Virgo nu-  
bit & nō peccat, minus est q̄z non potest peccare. Hoc

Ro. 6.

Paulus dicit sic Ro. vi. Peccatū vobis nō dñabif̄, id est,  
nō potestis peccare, qa nō estis sub lege sed sub gratia.  
Nā & Latomus q̄ dicit, Virgo nubēs nō peccat, & Lu-  
therus qui dicit, Virgo nubēs nō potest peccare, nega-  
re nō possunt, quin virgo nubens peccet in reddendo  
debito carnis, vt vnanimiter oēs dicunt, & pbat psal. L

ps. 50.

Ecce eñ in iniuitatibus conceptus sum, & in peccatis  
cōcepit me mater mea. Quomodo ergo peccat nubens  
& nō peccat? An nubere Latomus eo tantū trahet, qd̄  
in sponsalibus agit ante secreta cubilis? Non credo sic  
aperte sophisticaturū, sed sophisticet. Quid ad illud p̄  
ceptū/qd̄ ibidē premittit? vxor viro debitū reddat, &  
vīr vxori debitū reddat. An hic nō opus illud cōceptio-  
nis in peccato/qd̄ David dicit, docet? At nubens huic  
operi sese ex aňo tradit. Sed & Lato. quoq̄ dicit san-  
ctos ſæpius peccare, potest & virgo nubere aliqua ve-  
niali peccato cōcurrente, ergo contra Apostolum vir-  
go nubens peccabit.



Sed audacem Apostolū vide, qui sine cōsensu facul-  
tatis theologicæ Louanieñ amplius loquit̄. Nolite frau-  
dere inuicē, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis  
orationi, & iterū reuertimini in id ipsum, ne forte ten-  
tet vos Satan ppter incōtinentiā vestrā. Quis tu Pau-  
le absq̄ literis & sigillo facultatis Theolo. Louanieñ.  
audes incōtinentiā ponere in sanctis, & iis quos oratiōi  
vacare doces? Certe tu Tacianus, Cataphrigarū patro-  
nus es, q Matrimoniū peccato inuoluīs, imo nō tantū  
matrimoniū, sed sanctos dei. Et om̄is illa pompa in te  
ruet, quā Latomus pro absurditatibus cōtra Lutherū  
inducit, & futurū est, vt libri tui exuran̄, tum postea  
terribilis bulla cultrices illas fideles agri dominici com-  
probabit, surgetq̄ Latomus, ac ratiōe reddita, pbabit,  
q incōtinentia illa nō sit incōtinentia, sed infirmitas et  
poena. Et quādo Satanas eos tentat, nō ad incōtinentiā  
sed ad infirmitatē tentat. Qd si quo casu cōsenserint in-  
cōtinentiæ, non peccato cōsenserint, sed infirmitati &  
poenæ, ac p hoc dū peccant, etiā nō peccabunt. Vide q̄  
fedus tu es futurus hæreticus. Deniq̄ hinc fiet, vt diuis-  
na mādata vniuersa nō prohibuerint peccatū, sed infir-  
mitatē & poenā peccati. Et noua Theologia in mundū  
veniet, quod peccatū sit, nō cōsentire peccato sed infir-  
mitati & poenæ. Et deus nō prohibuerit vitare peccatū  
sed infirmitates & poenas peccati. Et erit sensus Pauli  
Ro. vi. Nō regnet poena peccati in corpore vestro, vel  
nō regnet infirmitas in corpore vestro, vt obediatis cō-

L V T H E R V S.

cōcupiscentiis eius. Rursum cōsentire ei qd' peccatū & damnatū nō est, peccatū erit. Noua plane ratio peccati. Infirmitas nō est peccatū nec dānata. Et tamen si cōsentias rei nec damnate nec culpabili, peccasti.

**Q**uare, si consultū pīis animabus voluissent sophistæ isti, omissis verborum elusionibus, rem simpliciter, vt est, pposuissent in hūc modū. Ecce optimi fratres fatemur opera bona deo placere, omninoqz p ea nos saluari, sed nō sic sunt bona, qz sine peccato sint, sed qz aduersus peccatū pugnādo facta sunt. Hoc ipsum enim bonū opus est totū, qd' peccatū in nobis est, & nobis cū ipsis pugnamus ne regnet, ne obediamus cōcupiscēciis eius. Jā licet rigor legis diuinæ etiā hoc exigere posset, vt ista pugna in nobis nō sit, quia tales nō creauit nos ab initio, rectū em̄ fecit deus hominē, ip̄e se miscuit infinitis quæstionibus ( ait sapiēs ) Nā hoc malo impecdimur, ne toti simus in eius lege, & pars nostri quæ nobiscū pugnat legi eius aduersat. Tamen pmisit misericordiā & ignoscentiā omnibus, qui saltē non consentiant huic parti, sed pugnēt aduersus eā & abolere studeant. Hoc studiū placet, nō quia dignū, sed quia ipse indulxit & acceptare promisit. Proinde ne infleris aut superbias, habes in teipso vnde iudiciū & rigorē metuas, & ad misericordiā solā tete conferas. Hac em̄ miserente, nō te currente, bona sunt opera tua. Aliud ergo de te iudicabis secundū rigorem iudicii dei, aliud secundū dum benignitatē misericordiæ eius. Et hos duos con-

A D V E R S V S L A T O M V M. 48.

spectus nō separabis in hac vita. Secūdū illū, oīa opera tua polluta & immūda sunt propter partē tui aduersariā deo. Secundū hāc vero totus mūdus et iustus. Atq; vt hoc sis, Baptismi symbolū pro testimonio habes, in quo verissime om̄ia peccata tibi remissa sunt, remissa inquā in totū, sed nondū om̄ia abolita. Credimus cīm remissionē peccatorū omniū factam absq; dubio, sed agimus quottidie & expectamus, vt fiat etiā omnium peccatorū abolitio & om̄imoda euscuatio. Et h̄ qui in hoc laborat, faciūt opera bona. Ecce haec est fides mea, quoniā h̄ec est catholica fides. Sophistæ vero q̄ h̄ec impugnāt, hoc agūt ut nobis fiduciā operū erigāt, & tam misericordię q̄j iudicij dei opus extenuēt, sicut de eis dicit psal. ix. Auferunt iudicia dei a facie eius. Et ideo & timorē dei & fiduciā nostrā subuertūt, ferendi alioq; si nō hanc sortē nostrā & capitale salutis præsidū nobis demoliri & vastare anhelarent, & in leuioribus rebus vel luderent vel insanirent.

CAt dices mihi, distinctio illa noua & tua est, de peccato regnāte & regnato, & arbitrio tuo posita. Responsio, Esto, cōtemne eā, nō est mihi in verbis cōtrouersia, finge tu aliud. Saltē regnatis peccati vox, non meū inuētū, sed Pauli autoritas est. Tu nūc illud, qđ nō regnat quis nomine appellato, quāuis etiā p̄ me faciat Gen. iiiij. Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. hic certe peccatū subiectū describitur. Sed & Sophistæ cogunt cōcedere, aliud peccatū veniale, aliud mortale.

Et cū veniale asserāt nō nocere, nō regnare, nō dānare,  
 verissimū tamē vocāt & pprie dictū peccatū, nec ideo  
 alterius generis aut naturæ peccatū faciūt, q̄a illud mor-  
 tale, hoc veniale, sed vtrūq̄ defectū a lege dei & cōtra-  
 riū legi dei asserunt. Et ego aliud nihil peto, q̄b ut mihi  
 permittāt hoc modo peccatū vocare illud reliquū bap-  
 tismo, quo modo ipsi veniale, qd' misericordia egeat,  
 & natura sua malū & vitiū sit, cui si cōsentias etiā reg-  
 nare fecisti & seruisti ei, ac mortaliter peccasti. In hoc  
 habeo Paulū Ro. vi. satis iā memoratū, a quo nō patiar  
 me auelli. Non ( inquā ) negare poterunt duo mala su-  
 peresse baptismo, peccatū & cōcupiscentiā eius. Verba  
 Pauli aperta sunt, peccatū, fomes ipse naturale malum,  
 cōcupiscentia, motus eius, huic nō obediendū, illud de-  
 struendū dicit, vt destruaf ( inqt ) corpus peccati. Ap-  
 pellēt illa duo vt libet, sed nō repellant esse dicta a Pau-  
 lo. Mortificanda ea & destruenda vult Paulus, vt quæ  
 dānata sint ad mortificandū, mala ergo vicia & pecca-  
 ta sunt. Infirmitates, n. & mortalitates & poenae non ca-  
 dunt sub pcepto, nec in arbitrio nostro pomí possunt.  
 Quis, n. mortē & poenas mortificet, nisi solus deus sine  
 nobis? Sup peccata vero & ea quæ nos reos faciūt, p̄cep-  
 ta ferunt. Cū ergo nobis præcipiat mortificare, nō  
 obediare illis, nō vtiq̄ poenas, nō mortalitates, nō infir-  
 mitates, sed peccata intelligit. Quæ esset em̄ lex, Noli  
 obediare hulceri, noli obedire febri, noli obedire fami  
 & siti, noli obedire nuditati & vinculis aut cōcupiscen-

tiae vnius illorū? Nōne & istae sunt infirmitates, pœ-  
næ, mortalitates? sed peccato, peccatori & suggestio-  
nibus corū, quæ & ipsa peccata sunt, nō est obediendū.

**Q**uancq; stultū sit, nos in re tam manifestaria tot ver-  
bis laborare, cū Apostolū claris expressiſq; verbis ha-  
beamus, peccatū & cōcupiscentias afferentē. Qui Pauli  
verbis nō acquiescit, nostris quādo capiet? Obscro,  
qd facturi fuissent, si Paulus obscure fuisset locutus, &  
pro peccato malū vel infirmū posuisset? itē, p obedire  
& nō regnare, vigilare, vel abstinere, dixisset, sicut Pe-  
trus dicit, Abstinete a carnalibus desyderiis, quā secus-  
tos, q̄ letos hic triūphos ducerent. Nūc cū luci & diei  
resistere nequeāt, parant nubes illi obducere, & in me-  
dio die tenebras creare, vt peccatū sit nō peccatum, vt  
Paulus mentitus videat. Qd si etiā patres pro ipsis fo-  
nare videant, nō tamē eis adherendū est, sed magis Pau-  
lo, etiā si vera dixerint, q̄a obscurius & impotentius q̄  
Paulus loquunt. Clariora sunt Pauli verba, q̄ ut ylliū  
glosa indigeat, imo glosa magis obscurant. Quancq; vt  
dixi, patres, tamē & ipsis hoc peccatū & viciū vocat ali-  
quādo, tum saepius de peccato regnāte loquuntur. Qua-  
re sophistis nostris per patrū dicta me oppugnatibus,  
sic dixerim, Vos p obscura probatis clarissima, & per  
humana tractatis diuina. Quare cū hoc etiā vester Ari-  
stoteles prohibuerit, ne ignota p ignota, obscura p ob-  
scura, multo magis, ne manifesta p obscura probent,  
cōcludo vos ineptos disputatores, q̄ nō nisi toto opere

N.

LUTHERVS

& omni tēpore principiū vicioſiſſime petitis. ſūma reſpōſionis Lutherianæ & cōſutationis Latomianæ eſt hēc. Si peccatū in locis Apostoli Pauli citatis probari pōt, nō eſſe vere & pprie peccatū, ruit Lutherus. Si nō potest pbari, ruit Latomus. At pbari nō potest niſi p quādā patrū dicta, ſibi etiā pugnantū, inſup humana, ſi nō pugnaret etiā, qbus pferri debet diuina, ſine quo- rū autoritate nihil eſt afferendū, quare ruit Latomus et omania ſua, & stat Lutherus cū omnibus ſuis.

**T**ego tamen laudo Latomi fidē & cōſtantia, q postq̄ ſemel ſuſceperit partes ſophiſticæ ptiñaciae tueri, nihil cōmittat qd̄ ingenio & ptiñacia ſophistarū ſit indignū ſed oīa trahat, deprauet, torqueat, cogat, quecūq; diuīa & humana cōtra ſe faciūt, quoq; volet. Sicut, n. ſupe- riū vidimus, vbi tot scripture teſtimonia probāt, Mā- datū dei eſſe imposſibile nobis/ut nihil ſit manifestius, tamē ſicut aspides ſurdæ ad hēc occludūt aures & auer- tunt oculos, tantū vt vnicū illud ſuū ſemel ſuſceptū de- cretellū in publico obtineant. Anathema ſit, q dixerit, dei nobis precepiffe imposſibile. Hoc humani verbū regnare neceſſe eſt, hoc om̄es probare, hoc nulla glosa moueri oportet. At tonitrua diuīa ſilere & iacere oportet, tum quasuis libidines glosarū admittere cuiuscūq; nebulonis. Hominis verbū ſacrū & venerabile eſt, dei verbū proſtibulū eſt. Ita & hic, cum tot ſacra fulmina teſtent, peccatū & concupiſcentiā relinqui poſt bap- tismū, vt etiam iram, libidinē, auaritiā, incontinentiā

ADVERVS LATOMVM. 50.

aperte appellant, nominibus scilicet omnium sensu eis,  
quibus vicia & peccata nominari solent in omni lingua,  
adhuc erigunt sese frontes istae, aures continent, oculos  
claudunt, cor auertunt, tantum, ut suum hoc humanum  
verbum omnium aures occupet, solus hoc sit theatrum, con-  
tra hoc nemo mutiat, Esse scilicet solam reliquam penitentiam  
& infirmitatem post baptismum. Huic sileant diuina ora-  
cula, huic cedat Paulus, huic cedat & ipsa experientia  
quotidiana nostra & omnium sanctorum. Quod si non  
cesserint, larvam induant, & nomine peccati representent  
imperfectionem & infirmitatem, caueantque nostris glosis  
sese non accommodent. Nam & hoc Latomus superius fassus  
est, Sanctos multa peccare ( suo peccati significatu ) sur-  
reptione, ignorantia, & aliis modis, id quod Paulus vo-  
cat concupiscentias peccati in corpore mortali, quibus non  
obediamus, id est, non consentiamus. nec nam ignoras aut  
praeuentus aut inuitus consentire potes, dixit. non inuitos  
peccare. At quia Paulus idem vocat peccatum, cogitur per  
peccatum penitentiam intelligere, nulla causa tamen quod spiritus  
& non homo hoc locutus est, ut stet in arbitrio sophista-  
rum, quid peccatum, quod pena esse debeat, obsecro quem non  
vrat ea arrogantia plus quam Moabitica?

**C**At dices, non tu credis ergo dictis patrum? Respon-  
deo, Credam? quis mandauit illis credi? ubi est pre-  
ceptum dei de ista fide? Cur illi non crediderunt suis pa-  
tribus? praesertim Augusti, qui liber esse voluit, & oes-  
se liberos iussit in omnium hominum scriptis? An quia

N*n*

D. deo et suo Christo

trededū: non

patribus. Sophistz nobis hāc inuexerūt tyrrnidē & captiuitatē

L V T H E R V S

libertatis nostrae, donec & bis sacerdoto Aristoteli nō resistendū, sed obsequendū coegerint, ideo ppetuo in illa seruiemus, & nō aliquādo in Christianā libertatē respirabimus, & nostras literas vel postliminio huius Babyloniae suspirabimus? At sancti fuerūt & scripturas elucidauerūt, inquis. Quis & hoc pbauit, scripturas esse elucidatas ab eis? quid si obscurarint? Quo iudicio probas eos elucidasse scripturas? An Louanaliter & Colonialiter dicturus es, mihi sic videt, & sic dicūt: videant sibi sane & dicant, modo mihi rem pbent, aut desināt me in verba sua inania cogere. Mihi nō est mādatū visionibus illorū, sed verbis dei credere. Vnus est magister Christus, & iudicio diuinæ scripturæ probādi sunt patres, vt cognoscant quod eas elucidarint, & quod obscurarint. Sicut Paulus iussit, Omnia probate, quod bonū est tenete. Et. i. Corint. xiiij. Vnus aut duo pbhetent, ceteri diiudicent. Qui oīa probāda mādauit, nō Aug. nō Hierony. nō Orige, non vllū hominē excepit, ne Anti-christū quidē Papā. At scripture obscura indiget explanatione, dimitte eā vbi obscura est, tene vbi clara est. Et quis pbauit patres nō esse obscuros? Iterū tuū, videt, & illorū dicūt: Quid. n. faciūt & patres, quod vt clarissima & aptissima scripturæ testimonia quærat & proferrat: Misericordia Christiani, quorū verbū & fides adhuc in hominū glossis pendet, & eorū elucidationē expectat. Fruola sunt ista et impia. Scripturę omnibus cōmu-

A D V E R S V S L A T O M V M. **S.**

nes sunt, satis aperte, quātū oportet pro salute, satis etiā  
obscure, p cōtēplatricibus animabus. Quisq; suā sortē  
in abundantissimo & cōmuniſſimo verbo dei sequat̄,  
& verba hominū aut repudiemus, aut cū iudicio lega-  
mus. Hec satis pro ista autoritate, & nimio plusq; satis.

C T E R T I O.

**I**nuidit Paulū Ro. vii. Hic Latomus meā sententiam **Ro. A.**  
mihi maxime cōfirmat & prodit, q̄ nō studio verita-  
tis, sed animo deprauādi & fallēdi orbē, hūc librū scrip-  
serit, tantū vt ignominia incendiī & iudicii sacrilegi fo-  
laret. Nā quantūlibet ceruicosus et ptinax, tamē ita pal-  
lidus & trepidus, silens cautusq; incedit p verba Pauli:  
vt videat timuisse p singulos apices, ne hiatus quispiā  
appareret, & misellū sophistā absorberet. Postq; vero  
transiuit ista pericula, & in suū campū venit, ibi excur-  
sus facit, ibi patrū dicta cōglomerat, ac si pro miraculo  
haberi velit, qd' sedentarius et ociosus lector, multa alie-  
na cōsarcinare et confarcire potest. Fortasse ea spe & cō-  
filio, q̄ multitudine me absterret, ne scriberē denuo,  
cū infiniti sit voluminis ad singula eius respōdere, sed  
fallet eū spes, roboratis eñi meis scripturis, hoc ipso, p-  
stratus est, vt respōsione singulari om̄ibus nō sit opus.  
**S**ūma ergo Latomianæ euasionis est hæc. Ea quæ hic  
a Paulo dicunt̄, nihil aliud facere, q̄ esse infirmitatem  
baptismo reliquā, quę peccatū vocet. Nihilominus, spi-  
ritū cū illā rexerit, sic bonū operari, vt illud nō sit pec-  
catū dānabile censendū, nec hominem ideo peccare in  
**N** in

bono opere, aut seruire peccato. Hic primum vides, Latomū nō nisi differre & abducere lectorē, ac temp̄is redimere, dū aliā a proposito tractat quæstionē. Suscepit, n. quæstionē de peccato ignoscibili p̄ misericordiā, de quo me loqui ipse met nō vno loco testat. Et p̄ omnē & post omnē istum tumultū testimoniorū cōcludit in hunc modū. Ecce non est peccatū damnabile, cū sic debuerit cōcludere. Ecce nō est peccatū ne ignoscibile qdē, nec cui opus sit misericordia. Sicut si me redargueres, qui risum veniale peccatū dixisse, & post effusam tuā omnē saliuā, & sudore exhausto, tandem anhelares in me dicēs. En risus nō est mortale peccatū. Talis est disputatio Eliu aduersus Iob. Putas autē paruā esse partē pacientiæ, ferre has nequitias, dolos, & artes eorū qui Magistros orbis terrarū se iactant, in re tā sacra & necessaria? Nō queror iā eos ignorare qd sit peccatū, sed q̄ maliciose simulent & negent sese ignorare, & impo-  
nant piis cordibus impudenti mendacio suo.

**C** Sed fiduciā mihi facit, formidolosus & fugitiuus sophista. Paulū in faciē eius statuā, vt effugere nō possit, persequar & cōprehendam, nec conuertar donec deficiat. Aut Latomus Paulū, aut Paulus Latomū occidet, frustra præsidiis humanis fidentem. Quæro igitur primū, an mihi, vt Christiano Euangeliū professo, liceat appellare peccatū, quod Apostolus Paulus vocat peccatū? Nihil iā dispuo quid peccatū significet, de hoc post videro. Volo simpliciter mihi responderi, an isto

A D V E R S V S L A T O M V M. S2

Paulino vocabulo mihi liceat vti. Si non licet, deleatur  
Paulus, si licet, quid tragicis istic vocibus in me mu-  
giūt sophistæ, quod opus bonū appellarim peccatum?  
Nōne ipsis licet, bonū opus vocare imperfectū & infir-  
mū? Quid ergo? nunquid cogent me, vt verbis eorū  
vtar? Aut quare nolunt cogi, vt meis & Paulinīs ver-  
bis vtantur? Ipsi nolunt peccatum appellare. Esto, Et  
ego nolo infirmitatē et imperfectionē vocare. At sancti  
patres peccatū interpretati sunt, imperfectionē & in-  
firmitatem. Esto, quis me coget patrū verbis vti? quis  
coget me Pauli verbū deserere? An dicent, quia absur-  
dū & periculosum? Hoc iā non in me Lutherū, sed in  
Paulū & spiritū Christi vergit. At tu non vteris pecca-  
to, vt Paulus, quis hoc vobis dixit? collatio patrum &  
tui, quis fecit hanc collationē? Nos, qui estis vos? quis  
facit nos certos vos nō errare? An q̄ bulla vos appro-  
bavit? Iam quis certos vos fecit, patres recte Pauli ver-  
bum tractasse? Auditis ne? quid mussatis? Vides ergo  
omnia Sophistarum adhuc ex suo proprio capite pro-  
cedere. Te vero Latomū sophistarum ducem seorsum  
conuenio. Causa premit humeros tuos, agis enim talem  
ac tantū, qualem ac quātū, nec Cicero, nec Demosthe-  
nes egerit. Incendiarios, sacrilegos, homicidas, lesæ pie-  
tatis Christianæ reos vos coram & deo & hominibus  
ago. Tu ergo ne existimes te iam disputare & ludere.  
Seria res est quā gerimus.

CScilicet, q̄a cōprehēsi estis in ignominia, festinastis, n.

ad gloriā in principio , ideo confusio incipit fieri finis eius, hoc est, qđ sic mugitis, tonatis, insanitis, & auribus obtusis neminē audire velitis, sed tantū hoc insanis clamoribus iactetis, Nō est peccatū, nō est peccatū, nō est peccatū, in opere bono. Quicqd ego affero, interpres, expono, nihil est, tantū in vocabulū sic insanis, nō alia causa, qđ quia a vobis dānatū, timetis, p Paulū in confusionē vestrā resuscitandū esse, adeo vt Latomus incredibili impudētia , hoc ipsum vocabulū a me positū nullo loco, nō interpreteſ pro mortali & dānabili peccato, qđ tamē in Paulo vult infirmitatē tantum significare, mihi q̄ pōt atrocius & odiosius interpretat̄ vbiq; oppressa semp mea interpretatiōe , etiā cōfessus me de ignoscibili lōqui, volēs vt mūdus intelligat a me peccatū vocari, qđ ipse vult peccatū videri , honestus ille & verax vir. Rursus in Paulo sic interpretat̄ leniter vt vocabulū prorsus tollat. Qđ potēs autor Latomus, q̄ vocabula eleuādi & opprimendi, nō p meritis autorū. Sed pro libidine sua ius habet. Ego vero tibi pmitto & orbi, me nō velle vti vocabulo aliter qđ Paulus, in qđ inuoco nomen dñi vt mihi resistat, si aliter vſq; fuerō. Quid vis amplius? At vocabulū ipsum volo tenere, & tua patrūq; vocabula nolo , qđ scias. Volo inquam peccatū dicere|qđ vos defectū vel imperfectionē dicitis, nunqđ me aliter coges? Nihil moucor vestro impetuōſiſimo tumultu, quē nō sine causa vos cōcitare video, nēpe ne succumbatis , & inueniamini temere in tanta.

erimina irruisse, sed hoc antea fuerat præuidendū. **V**eniamus igit̄ ad significationem vocabulī huius. Paulus **M**etropolitum peccatū vocat id quod reliquū est baptismō, patres non qđ significet. peccatū, sed infirmitatē & in pfectiōne vocat. Hic in bī-  
vio stamus. Ego Paulū, tu patres sequeris. Augustinū  
**E**xcipio, q̄a ille fere viciū & iniqtatē rotūdis v̄bis vocat.  
**U**lterius ad caput dissensionis venimus. An tale pec-  
catū seu, vt tu vis, infirmitas, natura sua vel sola miseri-  
cordia ignoscēte, nō sit cōtra deū & legē eius. Nōne h̄ec  
est summa disputatiōis nostræ. Ego pro me habeo Pau-  
li vocabulū, quod qđ significet nemo ignorat, nempe il-  
lad qđ cōtra deū est ( nisi ignoscat ) natura sua. Tu ha-  
bes ( vt videris tibi ) patres, qui asserāt nō esse cōtra deū  
& legē eius, natura. Prīmū non probas hoc patres velle,  
sed oīa quæ inducis, facile a me abigenī, si dixerō illos  
loqui de peccato extra misericordiā posito. Sic. n. verissi-  
me dicunt, peccatū illud gratiæ ( sic dixerim animi cau-  
sa ) prorsus neminē reū cōstituere, nō dānare, nō noce-  
re, prorsus nihil cōmune habere cū peccato extra gratiā.  
Nōne & ego sic dico. Latome: quid. n. sacrilegiū in me  
est, quando in hoc fine cōuenimus, vt nihil mali vterq;  
asseramus habere, id siue peccati, vt ego, siue infirmita-  
tis, vt tu vocas: Cur sic in me insanis & atrociter me cri-  
minaris, cū non possis aliud probare ex patribus, qđ id  
qd'dixi: An q̄ tuū caput nō sequor, q̄ ante iudiciū me  
damnasti & exussisti; sed temeritate & igne ego nō ter-  
ror, nec trahor Latome. Sed esto, sit aliquis patrū, quē

ego nondū viderim. Nā Aug. Hieron. Ambro. Grego.  
 Bernhard. noui, vt frustra mihi tot nubes obieceris. Sed  
 sit aliqs, q̄ afferat istud reliquū natura sua esse nō cōtra  
 deū, neq; cōtra legē eius, & neget ipsum sola ignoscēte  
 misericordia dei, nō esse cōtra deū & legē eius, vbi talem  
 inuenēris ( inuenias autē iuxta mulæ foetū spero ) quid  
 tum pmouisti? qd effecisti? qd vicisti? Quis me certū  
 faciet Pauli esse eū sensum: an nō licebit mihi de eius sen-  
 su dubitare? Nō licet mihi sic mussitare mecum. Sanctus ē  
 ille vir, sed quid si homo sit & humanū hic sapiat? Quis  
 scit si aliud in Apostolo lateat, qd' ille nō videat? preser-  
 tim cū Paulus tā libere & aperte peccatū appelle, cū po-  
 tuisset, si vellet, sic loqui vt iste loquit̄. Quis illi ius fecit  
 nobis legē statuēdi & intelligendi? Nemo ex vobis legē  
 facit, dicit Christus. Velis tu Latome cum tuis sophistis  
 has pīi cordis cogitatiōes incendio aut suspēdio dānare?  
 Quid si nō possit aliter? & iusta sit tibi causa, q̄a in Pau-  
 lo deū loqui certus est, cuius verba sunt venerāda nec te-  
 merāda, in isto nō est certus, deus an homo loquat̄.

**C**Quid hic faciemus? dices ad rationē & cōmunē sen-  
 sum eamus. Ago gratias. Liberati ergo sumus ab omniū  
 hominū autoritate in hac causa. Ratio ergo tua erit, quæ  
 sese ex fidei articulo gloriēt fluere, nempe q̄ credimus in  
 baptismo omniū peccatorū remissionem donari, sicut  
 Paulus in multis locis docet. Nam hæc & patrū tuorū  
 ratio est, & mihi placet. Sed quid quod Paulum ista ra-  
 tio nihil mouerit, quin peccatum appellaret reliquum

ADVERSVS LATOMVM. 59.

istud remissionis omniū peccatorum? patres autē mo-  
uerit, vt negent, vt tu dicas, peccatum. Vos inuenistiſ  
distinctionē peccati, vt saluaretis istam rationē & verbū  
Pauli, non potentes vlo modo iſta duo concordare, &  
tamen ipsam hanc distinctionem nullo loco scripturæ  
potestis probare, sed est humanū inuentū, vt non potes  
negare, sed necessariū ( vt videtur vobis ) propter ratio-  
nem prædictam. Nonne ita habent? Nonne ego tua in-  
telligo? & nihil contra hæc imprudens aut ignorās po-  
sui, vt te Magistro mihi plane nihil fuerit opus. Iam si  
ego modū illustrante spiritu inuenero, vt & pietas ille-  
sa maneat articulorum fidei, & Paulus simul illæsus, nō  
egens vlla vocabuli sui metamorphosi violenta & in-  
audita, sed simpliciter, proprie & germane, id quod  
alias significare possit, cum quo & satisfiat rationi illi  
vrgenti vos, ad æquiuocandum vocabulum solo isto lo-  
eo, id est, in Paulo, ac præterea nulq; in scriptura, vel-  
les mihi tu inuidere? atq; si tu nolles amplecti, velles  
me quoq; meo gaudio spoliare, quando in rerum sum-  
ma pulchre conueniremus? At ego a simplicitate ver-  
borum dei non paterer me auelli, quæ si salua pietate fi-  
dei, possem bono sensu intelligere vestris humanis in-  
uentis plane cedere nolle:

**D**icis autē, Si in summa cōuenimus, qd pphanas vo-  
cū nouitates suscitas, & nō citra scandalū nobiscū cōmu-  
nicas? **R**espōdeo, q; malo de fonte q; de riulis bibere,  
an tu me hoc prohibebis? Duo em̄ sunt quæ me mouent.

O ii,

L V T H E R V S.

Primū, q̄ scripturas, in suis viribus puras, ab omni hominū etiā sanctorē cōtactu mundas, ab omni terreno cōdimēto synceras habere volo. Vos. n. estis, q̄ prophanas vocū nouitates non vitaſtis, vt Paulus ait, sed humanis glosis vestire, & terrenis cōdimētis cōdire voluistiſtis, sanctas istas delitias dei. Et anima mea nauſeat, cū Ezechiele, panē comedere ſtercore humano opertū. Scis quid hoc significat? Alterū, q̄ verbis iā non synceris, nec syncere mysteriū iſtud gratiae & peccati tractare potueritis, deinde nec intelligere, tandem nec amare, ac ſic frigidi, pallidi, tristes, ſegnes, in laude & amore dei facti eſtis. Humanū em̄ verbū diuino additū, velamen eſt veritatis pure, immo ut iā dixi, ſtercus humanū eſt, quo operiſt, ſicut in Ezechiele figurat dñs. Manna eſt qđ in vrna aurea ſeruari velit, non in manibus hominū iactari & versari. Quis ( inquies ) ergo tuus eſt iſte modus? Referā & ſi ſuſpi- cer vobis alliū & pepones Aegypti anhelantibus, & iā dudū corrupto palato male habētibus nō placituruſ. At mihi ſatis fuerit, q̄ cōfutare eū vos nō poteritis, vos autē reos agere ille poſſit, qui verba dei torqueatis in eū ſen- ſum, quē in nullo alio loco habent, id quā ſit indignum audiri de Christianis nedū Theologis, nemo non ſentit.

Scriptura diuina peccatū noſtri tractat duobus mo- dis, uno per legē dei, altero, per Euangeliū dei. Hæc ſunt duo testamenta dei ordinata ad ſalutē noſtrā, vt a pecca- to liberemur. Lex aliter non tractat peccatū, qđ ut iplsum reuelet, ſicut dicit Paulus Ro. iij. q̄ legē cognitio peccati.

Quoꝝ p̄tīm dī in veteri teſtamento: tum in nouo teſtamento tracitetur.

Quæ cognitio docebat duo, corruptionē naturæ, & irā dei. De priore dicit Ro. vii. Concupiscentiā nesciebā esse peccatū, nisi lex diceret, Nō cōcupisces. Nā pruritū illū fedū natura nō dixit peccatū, sed vsum eius malū, in alieno corpore, vt stuprū, adulteriū, fornicationē. Ita irā & auaritiā nō dictabat peccatū, sed vsum eius, in furto, fraude, maledicto, cæde, & sic de aliis. Et haud scio, an peccatum in scripturis vñquā accipiat̄ pro operibus illis, quæ nos peccata vocamus. Videſ. n. ferme radicale illud fermentū ſic vocare/qd̄ fructificat mala opera & verba. Nā hoc peccatū p̄prie reuelat lex, prius incognitū & mortuū, vt Ro. v. dicit, qd̄ & viuacissime latet sub speciosis opibus hypocritarū. Nā sub hoc peccato cōcludi p̄ ſcripturā oēs hominēs dicit Paulus, licet latere nunq̄ possit, quin fructus ſuos prodat, in vno ſic in alio ſic. Sed nullū opus malū dare queas, sub quo oēs homines cōcluedere possis, de quo alias plura. De posteriore dicit Ro. iiiij. Lex irā operat̄, quia dicit Gal. iij. Maledictus om̄nis qui nō permanet in om̄ibus sermonibus, quæ ſcripta ſunt in libro hoc vt faciat ea. Et Ro. v. per peccatum mors. Et. vi. Stipendiū peccati mors. Hactenus igit̄ lux legis nos erudit̄, & sub corruptiōe & ira nos esse docens, atq̄ omnē hominē & mendacē & filiū irē cōcludēs. Atq̄ corruptiōne forte contempsissemus, & nobis in malo nostro placuisseμ, niſi alterū malū iræ nobis hanc insamā non indulgeret & obſisteret, terrore & periculo mortis & inferni, quo minus pacē in priore malo haberemus. Et pl-

L V T H E R V S

ne maius malū nobis est ira q̄ corruptio, q̄a poenā plus  
**I**git̄ duplex malū lex reuelat, In- Codimus q̄ culpā.  
ternū & externū. Alter⁹ qd̄ ipsi nobis irrogauimus, pec-  
catū seu corruptionē naturæ. Alterū, q̄ deus irrogat, irā,  
mortē & maledictionē. Esto, si vis illa duo, culpa & pœ-  
na, sed nimis tenuiter & frigide, culpā & pœnā, sub iis  
vocabulis tractauimus, nescio, quas relatiōes & imputa-  
tiones singentes. Nos crasse & plene secundū scripturā,  
peccatū seu culpā seu internū malum vniuersam illā cor-  
ruptionē naturæ vocamus, in om̄ibus mēbris, malā &  
ad malū pronā ab adolescētia nostra, vt Gen. vi. &. viii.  
scribiſ. Et hæc ira tanta est, vt ea q̄ bona vident̄ nihil pro-  
sint, vt sunt artes, ingenia, prudētia, fortitudo, cōtinētia,  
& q̄cquid naturaliū, moraliū, speculabiliū est bonorū,  
inqbus nullū viciū, omniū hominū cōmunis sensus de-  
prehēdere possit, adeo, vt hodie etiā nostri Theologi ea  
inter bona numerēt, nihil illis mali tribuētes, q̄ p̄ extra  
gratiā facta regnū coelorū nō mereant̄, rursum tñ nec in-  
fernū, nec pœnā mereant̄, parati plane asserere, ea coelū  
etiā mereri posse, nisi quendā auditū de gratia necessaria  
cōcepissent, nō.n. deesse eis quicq̄ putāt, qd̄ lex reqrat,  
sed qd̄ gratia exigat. Legi satisfactū docēt, sed nō Euāge-  
lio. Addūt deniq̄ tāta esse hæc bona, vt gratiā mereant̄  
de cōgruo & infallibiliter, & sic plena bona fiant, si non  
pprio merito, tamē per ppriū meritū. Accedit his, qd̄  
deus ipse hæc nō negat esse bona, sicut reuera negari nō  
possunt, sed remunerat & ornat tēporalibus beneficiis.

vt regnis opibus, gloria, fama, dignitate, honore, voluptate, & iis similibus, ita vt nō modo speciei p̄prie, sed & retributiois diuinæ operculū accedat naturali cœcitatī, quæ ignorat vere bona, vt secure ista & p̄tinacissime bona esse cōtendat, sup qua re potissimū prophetia laborauit, & oēs p̄phetæ occisi sunt, q̄ hæc carperēt & veriora bona exigerent. Prophetia. n. nihil aliud q̄ expolitio, & (vt sic dixerim) praxis & applicatio legis fuit, seu quod dicit in syllogismis subsumptio, quæ vt quodlibet opus bonū incideret, pronūciaret, an vere maleue bonū esset. Hinc multa legimus reprobari in libris antiquis quę ob stupescimus. Hinc phibuit deus ne suū sensum sequerēt sed vocē eius audirēt. Ideo eis semp̄ prouidit prophetas, qui legē practicarent in his bonis (vt sic dixerim) velut in exemplis monstrando, quid esset lex.

**C** Sola igit̄ lex ostēdit, nō qdē esse ista mala p̄ se, cū sine dona dei, sed esse in malo v̄su, ppter radicale illud peccatum occultissimū, q̄ in illis cōfidebāt, placebāt, gloriabant̄ insensibili malo, sicut & nūc & semper facit hoc intimū peccati malū, cū in solo deo fidendū, placēdū & gloriandū sit, sicut Hiere. ix. dicit, Nō gloriet sapiēs in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuiciis suis. Oia. n. hæc sunt bona, dispersa gratuita in malos frequētius q̄b in bonos, ita vt Psal. lxxij. sese periclitari ob hoc querat, & pene effundi gressus suos, sed oia sunt (vt dixi) sub ira et maledicto cōclusa, nec qc̄q̄ prosunt, et adeo nō parat de cōgruo ad gratiā, vt magis incrassent cor, ne gratiā desideret, aut necessariā sentiat, sicut dicit psal. c. xviii.

Coagulatū est sicut lac cor eorū. Melius Heb. In crassatū  
est sicut adeps cor eorū. Hic populus proprie in scripturis  
arguit impietatis, incredulitatis, duræ ceruicis, quod  
indomitū sensum in istis speciosis bonis humiliare non  
possent, nec legē nec peccatū suū in illis agnoscere, semp  
arbitrati sese obsequiū in his prestare deo, præ omnibus  
aliis vere iustis. His frustra prædicat̄, hi viri sanguinū et  
doli. Summa, lex illis est impleta, nec indiget gratia ( vt  
dixi ) nisi ex quodā supfluo exactio[n]is diuinæ. His est  
velatus Moses, nec ferunt faciē eius cornutā, mali esse in  
tanta sapiētia, bonitate, iustitia, religione nō volūt, nec  
se esse cognoscere possunt, quia nō audiūt. Vides ergo q̄  
excedat lex naturale rationē incomparabiliter, & q̄ pro  
fundū sit peccatū, cuius cognitionem docet lex. Hi ergo  
omnes sub ira, quia omnes in peccato.

**E**uangeliū cōtra sic tractat peccatū, vt ipsum tollat, &  
sic pulcherrime legē sequit̄. Lex. n. introduxit & nos ob-  
ruit peccato, p cognitionē eius, quo fecit, vt ab illo libe-  
rari peteremus & gratiā suspiraremus. Nā Euangeliū  
etīā duo prædicat & docet, Iustitiā & gratiā dei. Per iu-  
stitiā sanat corruptionē naturæ, Iustitiā vero quæ sit do-  
nū dei, fides scilicet Christi, sicut Ro. iii. dicit. Nunc autē  
sine lege manifestata est iustitia dei. Et iterū Ro. v. Iustifi-  
cati gratis ex fide, pacē habemus &c. Et. iii. Arbitramur  
enī hominē iustificari ex fide. Et hæc iustitia peccato con-  
traria in scripturis ferme p intima radice accipit̄, cuius  
fructus sunt bona opera. Huic fidei & iustitiae comes est

ADVERVS LATOMVM. **SA.**

gratia seu misericordia, fauor dei, cōtra irā, quæ peccati comes est, vt om̄is q̄ credit in Christū, habeat deum propitiū. Nā nec nos in bono isto iustitiae satis lēti esse-mus, nec magnificaremus eius hoc donū, si solū esset, & nō gratiā dei nobis cōciliaret. Gratiā accipio hic p̄ Gratia. prie pro fauore dei, sicut debet (nō p̄ qualitate animi, vt nostri recētores docuerūt) atq̄ hēc gratia tandem vere pacē cordis operaē, vt homo a corruptione sua sanatus, etiā propitiū dēū habere se sentiat. Hoc est qd' impinguat ossa & cōscientiā reddit lētā, securā, imperterritā, nihil nō audentē, nihil non potentē, vt quæ mortē etiā rideat, in fiducia ista gratiæ dei. Proinde sicut ira maius malū est, q̄ corruptio peccati, ita gratia maius bonū, q̄ sanitas iustitiae, quā ex fide esse diximus. Nemo em ( si posset fieri) nō mallet carere sanitate iustitiae, q̄ gratia dei. Nā remissio peccatorū & pax p̄ prie tribuit gratiæ dei, sed fidei tribuit sanitas corruptionis. Quia fides est donū & bonū internū oppositū peccato, qd' expurgat, & fermentū illud Euāgelicū in tribus farinæ satis absconditū. At gratia dei est externū bonum, fauor Ro. 5. dei, opposita iræ. Hæc duo sic Ro. v. distinguit, Si em vnius delicto mortui multi sunt, multo magis gratia dei et donū in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abūdauit. Donū in gratia vnius hominis, fidē Christi vocat (quā & saepius donū vocat) quæ nobis data est, in gratia Christi, id est, q̄a ille solus gratus & accep-tus inter oēs homines, propitiū & clementē dēū habet

P

ret, vt nobis hoc donū & etiā hanc gratiā mereretur..

**C**lohn̄es.i.lohan̄,sic, Lex per Mosen data est, Gratia vero & veritas p̄ Ihesum Christū facta est. Et infra, Ple-  
nū gratia & veritate. Ita veritas ex Christo in nos fluēs fides est, gratia fidē comitā ob gratiā Christi, sicut ibi-  
dē præmisit, de plenitudine eius oēs accepimus, gratiā pro gratia. Quā gratiā, pro qua gratia? gratiā nostrā vt nobis faueret deus, p̄ gratia Christi, qua illi fauet deus. Quia, inqt, Lex p̄ Mosen data, sed gratia & veritas per Ihesum Christū facta est. Habemus ergo duo bona euā-  
geliū, aduersus duo mala legis, donū p̄ peccato, gratiā pro ira, lā sequit̄, q̄ illa duo ira & gratia, sic se habēt (cū sint extra nos) vt in totū effundant̄, vt q̄ sub ira est, to-  
tus sub tota ira est, qui sub gratia, totus sub tota gratia est, quia ira & gratia personas respiciunt. Quē em̄ deus in gratiā recipit, totū recipit, & cui fauet, in totum fa-  
uet. Rursus, cui irascitur, in totū irascitur! Non em̄ par-  
titur hanc gratiā sicut dona partitur, nec diligit caput & odit pedes, nec fauet animae & odit corpus. Et ta-  
men donat animae, quod nō donat corpori, donat ca-  
piti quod nō donat pedibus. Sic & in tota Ecclesia, que  
in eadē gratia dei stat, vt Ro.v.dicit, Per quē habemus accessum in gratiā istam in qua stamus &c. Diuersus et multiformis est in donis suis. Ita econtra, cui nō fauet, toti nō fauet, & tamen non totum punit, imo ille vno peccato vnius memibri, sub ira totus manet, & hic vno dono ynius operis sub gratia totus manet, vt longe, si-

cut dixi, gratia a donis secernenda sit, cū sola gratia sit vita æterna Ro. vi. Et sola ira sit mors æterna.

**C**veniamus tandem ad institutum. **J**ustus & fidelis absq; dubio habet gratiā & donū. Gratiā quæ eū totum graticet vt persona prorsus accepta sit, & nullus iræ locus in eo sit amplius. Donū vero, qd' eū sanet, & peccato & tota corruptione sua animi & corporis. Impiissimū ergo est dicere, baptisatū esse adhuc in peccatis, aut nō esse omnia peccata plenissime remissa. Quid enim ibi peccati, vbi deus fauet, & nullū nosse vult peccatū, totuscq; totū acceptat & sanctificat? Sed hoc non est referendū ad nostram puritatem, vt vides, sed ad solā gratiā fauentis dei. Remissa sunt omnia per gratiā, sed nō dum omnia sanata per donū. Donū etiam infusum est, fermentū mixtum est, laborat, vt peccatum expurget, quod iam personæ indulatum est, & hospitem malum extrudat, cui licentia facta est eiiciendi. **I**nterim dū hæc aguntur, peccatum dicitur & est vere natura sua, sed iam peccatum sine ira, sine lege, peccatum mortuum, peccatum innoxium, modo in gratia & dono eius perseveres. Nihil differt peccatū a seipso, secundum natum suum, ante gratiam & post gratiam, differt vero a sui tractatu. Aliter enim nunc tractatur qz antea. Quo modo antea tractabatur? vt esset & cognosceretur, & obryeret nos, nunc tractatur, vt non sit & eiiciatur. At non ob hoc, non est vere & naturaliter peccatum. **Q**uin ingratitudo & iniuria est gratiæ & doni dei,

L V T H E R V S.

negare ipsum vere esse peccatum. Gratia quidem nullum ibi peccatum habet, quia persona tota placet. Donum autem peccatum habet quod expurget & expugnet, sed & persona non placet nec habet gratiam, nisi ob donum hoc modo peccatum expurgare laborans. Deus non factos sed veros peccatores saluos facit, non factum sed verum peccatum mortificare

**E**cce istum modum intelligendi & loquendi simus. (docet.  
plicet & Paulinum ego quero & volo habere in tractatu peccati & gratiae. Hic purus & sincerus, prorsus sine ulla difficultate capitur, nullis distinctionibus indiget, & miro modo blandus apertusque est, & totam scripturam aperit. Non est hic necesse dicere, Peccatum apud Paulum pro infirmitate capi, imo necesse est pro vero peccato capi, quo gratia & donum dei pure & vere comprehendentur. Quod si quis negat vere peccatum esse, hic donum dei blasphematus & ingratus est. Ita dico & doceo, ut omnis homo in omni opere suo sciat se tantum habere de peccato, quantum in ipso nondum est electum peccatum, qualis arbor, talis fructus, ne gloriatur coram deo de mundicia sua, in seipso, gloriatur autem in gratia & dono dei, quod fuentem deum habet, qui hoc peccatum non imputat, insuper donum dedit, quo expurget. Veritatē ergo cōfitear, quod si secundum naturam operis, citra gratiam, iudicandus esset, non posset subsistere ante faciem eius. Nunc, quia in gratia mititur, nihil est quod eum accusare potest. An sunt haec tam obscura, ut sophistarum immensa illa volumina de peccato & gratia cogesta? An non iam Pauli verbū & pietas fidei & ratio-

illa quæ cogere videbaſt, vt peccatū pro poena caperet. pulchre cōueniūt. Quid facilius dicere quā peccatū trāctari aut lege aut Euāgelio. Si lege sola trāctes, mors & ira est, si solo Euāgelio, gratia & vita est, manet tamen sub vtroq; vere & naturaliter peccatū. Quocirca patrū autoritates, qui negāt peccatū esse in iusto, om̄es intelligendae sunt, secundū gratiā, sed nō secundū naturā peccati, vel legē. Christus em̄ nos liberauit, vt iam non sumus sub lege sed sub gratia.

**A**t dices, patres sancti peccatū negāt, nec tu probas hoc modo peccatū hic accipiendū. Respōdeo, Primū, nihil impiū & alienū tamē a fide sapio & doceo. Nōne admittis? Et p̄babō latius. Deinde hoc p̄bo, q̄ peccatū in scripturis accipit̄ vbiq; vt ego accipio, ideo effac̄t̄ probo, sic accipiendū esse, cū sine scripturæ exemplo, nihil sit in fide afferendum. Deinde, dupliciter tu nihil probas. Primū nō probas, patres negare peccatū sic accipiendū esse aut accipi posse, vt ego capio, q̄a & si infirmitatē appellant & peccatū negēt, hoc facere videri possunt, respiciendo nō naturā peccati, sed gratiā dei, nec habes qd̄ hic opposas. Ja si etiā ex animo negēt secundū naturā esse peccatū, nō tamē probāt, nec est articulus fidei, qd̄ ipsi sentiūt aut dicunt, imo periculose dicūt, dū sine exemplo scripturæ dicūt. Sic, q̄ peccatū significet reatū tantū, nec p̄bas ipsos velle, nec ipsi probāt ita esse debere. Vos inuenistis hoc obscurissimum Rectus. verbū reatus, qd̄ peccatū formaliter vultis significare

P in

L V T H E R V S

Sicilicet scriptura simplicior est, nihil nisi corruptionē & iram facilī & aperto sermone habet. Ita qđ remissio omniū peccatorū, ablutionē peccatorū, & quæcūq; tādē de baptismi gloria, nō in merito dicūt, non probas idē esse, qđ nullū peccatū natura relinqui, nec ipsi idē probat. Sed omnibus obstat Paulus, sed & Petrus, quorū hic carnalia desideria militare aduersus animam, ille peccatū in corpore mortali cōcupiscere aduersus spiritū dicit, cogūtq; patrū dicta ad gratiā baptisato fauentē, donūq; peccati aduersariū, nō ad naturā peccati aut legē spectare. Et sic oīa Latome sunt tua inania' & cōfusa, dispersa sicut puluis ante faciē venti. Cū ergo huic sententiæ meæ fauerat pietas, consentiāt verba scripturæ, sitq; in ea simplicitas, sinceritasq; tā verborū q; res rū, nolo mihi auferri vocabulū peccati, in oībus hominibus, omnibusq; operibus eorū in hac vita, etiā si cōfiscatur, nihil eos habere peccati aut mali operis secūdū gratiā dei. Qui me seq; nolet, omittat & sequat alia, sed sua sciat humanis niti, mea diuinis testimoniis. Nō patiar, ut plus Augustino credatur Apostolū glosanti, q; ipsi Apostolo toties peccatū iteranti.

**V**ideamus nunc cōgruentias scripturæ in hāc sententiā. Christus Lucæ vlt. poenitentiā & remissionē p̄dicari dicit in nomine eius. Cur nō satis erat remissio peccatorū? Nōne huc cōgruit, q; poenitentia est immutatio corruptionis, & renouatio de peccato assidua, quā operat fides, donū dei & remissio. Gratiae donū est, vt non sit.

**D**ementiad. **R**esipiscentiad.  
**R**enouatio. **R**egeneratio.

ibi peccatū irae. Nec n. p̄dicari docet p̄enitentiā illam  
fictitiā sophistarū, quę ad horā durat. Qz diu p̄dicaꝝ,  
qz diu viuit, p̄enitendū & nouandū est, vt peccatū ex= Matt. §. Mar. 1.  
pellaꝝ. Nunqđ potes sic aptare ista duo, infirmitati &  
poenae: qz de infirmitate p̄eniteat: quis poenā inno= Lu. §. Ioan. 1.  
uet: Idē facit verbū Iohannis Bap. a Christo repetitū. Matt. xiij. de fermēto & farīnae satis tribus, vt  
P̄enitentiā agite appropinquat regnū cœlorū. Quid hoc est, nisi mutare vitā, qd' fides facit peccatū expur= nihil aptius possit. Nō sic autē cōgruit, si infirmitatē &  
gans, & sub dei regno esse, qd' gratia facit remittēs: Nā poenā appelles peccatū, imo iam tenebras offudisti his  
hos fructus dignos vocat Iohānes si peccatū expurget, vocibus, vt parabolā nō videoas nec sapias. Huc & para-  
& nō opera externa simulenꝝ. Huc tā pulchre cōgruit bola de semiuiuo, a Samaritano curato, tota & primo  
parabola loco p̄tinet, qui nō simul sanatus, simul tñ susceptus est  
nihil aptius possit. Nō sic autē cōgruit, si infirmitatē & curari, leuita & sacerdote legis ministris videntibus eū  
poenā appelles peccatū, imo iam tenebras offudisti his sed nō iuuātibus. Lex peccatū ( vt dixi ) cognoscere fa-  
vocibus, vt parabolā nō videoas nec sapias. Huc & para= cit, sed Christus per fidē sanat, & in gratiā dei reducit.  
bola de semiuiuo, a Samaritano curato, tota & primo Huc illud lohan. Qui lotus est, mundus est totus, nēpe  
loco p̄tinet, qui nō simul sanatus, simul tñ susceptus est p̄ gratiā, & tñ lauat p̄ fidē operantē pedes peccati reli-  
curari, leuita & sacerdote legis ministris videntibus eū qui. Huc, qd' nos palmites in Christo, qui est vītis, cū  
sed nō iuuātibus. Lex peccatū ( vt dixi ) cognoscere fa= fructificemus vt mūdi p̄ oīa, tñ agricola cœlestis mun-  
cit, sed Christus per fidē sanat, & in gratiā dei reducit. dū purgat, vt fructū plus afferat. Nihil horū potes ad  
Huc illud lohan. Qui lotus est, mundus est totus, nēpe penas et infirmitates aptare, statī. n. perit lauādi, purgā-  
p̄ gratiā, & tñ lauat p̄ fidē operantē pedes peccati reli- di, curādi sensus, nisi q̄ vaga venialia huc possis trahere

L V T H E R V S.

sed superficialis ille est sensus, folia præscindit, radice  
nō excindit. Et sicut similitudo habet a Latomo indu-  
cta, similis est iste modus curandi, radenti capillos vbi  
denuo renascuntur. Nō sic donū dei, qđ radices mortifi-  
care laborat, & nō actus sed ipsam personā purgat, vt  
venialia illa cessent aut certe minus pullulēt, frustra ve-  
nialibus resistis, nisi peccatum illud fomitis extinguis,  
vnde illa pullulant. Peccatum semp cōcupiscit, sed cōcu-  
piscientiae eius resistis, si nō tantū motibus eius resistis,  
sed ipsum quoq; iugulas, qđ fit per donū fidei morti-  
fiantis, crucifigētis, & passionibus variis exercētis ve-  
terē istū peccati hominē, vt Apostolus vocat. Huc qua-  
drat & illa figura, quā supra posui, qđ filii Israel possessa  
terra Canaan, reliquias Amorreorū, Iebuseorū, Cana-  
neorū nō deleuerūt. Nō erant alterius naturae reliquiæ  
iste, qđ ipse gētes. At nr̄i isti infirmitatē et poenā etiā nō  
malā, imo vtile & ferendā docēt, qđ si nō sit expurganda.  
**C**ōcludo ergo. Quādo Paulus Roma. vi. Peccatum in-  
mortali corpore peccatum nō dñari, corpus peccati de-  
strui, Ro. viij. a lege peccati liberari, Roma. viij. peccatum  
operari, peccatum repugnare, peccatum captiuare, seruire  
legi peccati. i. Cor. viij. Incōtinentiā. i. Cor. v. fermentū  
vetus maliciæ & nequitiae, Ephe. iiij. veterē hominem.  
Coloss. iij. Iram, libidinē, auaritiā. Heb. xij. circūstans  
peccatum, breuiter, nusq; non peccati & vicii nomine  
appellet, atq; si semel tantū appellasset peccatum, nulli  
angelorū cederē. Nūc cū tot locis idē cōstanter asserat.

qui sunt illi homines, vt eorū glosas in textū, erasis Pauli verbis, me cogāt reponere? Nolo eorū sentētias, peccatū inesse nobis dico, & in omnibus operibus nostris cū fiducia, q̄d diu hic sumus. Si ergo Louaniēn̄ mei me ante audissent, & plus in verba dei q̄d hominū intendissent, vticq; veritatē purius cognouissent, quę eos a tam immani blasphemia, sacrilegio, crimine, scelere præseruasset, vt verbū Pauli tā temere nō exureret. Sed & adhuc eis offero optionē, vt resipiscant, errorē agnoscant, dent gloriā deo, confiteant̄ suas insanias, quas nulla ratione tueri possunt, & ecce ignota sint eis oīa. Libētissime. n. cōmunicabo illis, nec memor ero malorū vnc̄q;, sicut nolo meor̄ esse deū memorem. Q, si perstent, qđ execror, certe anathema eos habeo. Dñs viderit, an mea excōmunicatio pluris minoris sit, q̄d insultae, sanguinariae, sacrilegæ, breuiter, Papa & Roma dignissimæ bullæ Amen. Ex istis credo nūc satis asserta, defensa, & munita oīa quę ad hūc articulū adduxi in resolutione mea, quā Latomus oppugnat, & Latomi omnia esse nihil q̄d ignoratiæ scripturæ, tum meras præsumptiones & petitiones principii. #

**Q**uā adiiciam vt ratiōe & experiētia causam istā iuuenim. Cū sophistis disputo. Veniamus de regula ad exemplū, ne simus stoici, qui sapientē eū definierunt quę nunq̄ viderunt, qualē oratorē Quintilianus quoq; format. Quāero an vllū hominē dare audeat, qui possit de uno suo opere bono dicere, hoc est sine peccato, etiam

Q

eo modo quo ipsi de peccato loquuntur. Ego non credo  
 ipsosmet aut ullum hominem hoc ausurum de suo opere sen-  
 tire. Si negat ullum posse, quod ergo me criminant tam im-  
 maniter, cum ipi idem sentiat, imo magis quam ego dicatur. Ego  
 enim de veniali peccato non dixi. **T**anquam est absurditas in  
 omni opere bono ponere peccatum, cum ipi fateantur in plu-  
 rimi certo esse peccatum, & in paucis non esse peccatum,  
 etiam dum sine exemplo secundum regulam solam loquuntur. Si non  
 est absurdum in uno aut multis, quomodo absurdum aut  
 impossibile in omnibus? Sumus ergo ne pulchri docto-  
 res, qui regulam docemus sine exemplo? Sed dicetur, Incer-  
 tum est cuius opus bonum sit, sine peccato, tamem sine pecca-  
 to esse non dubitamus. Quid ergo facimus? ducimus ho-  
 mines in incertum cum nostris doctrinis? An hoc non est  
 absurdum docere in Ecclesia, incerta? Quando ergo erit  
 pax in cordibus nostris? Quid interim faciet? an ora-  
 bit pro veniam peccati in bono opere, aut iactabit illud co-  
 ram deo? Periculum est, si peccatum est, & veniam non petit.  
 Rursus periculum si veniam petit, ubi non est aut non esse pu-  
 fat culpam. Mentietur. & orabit pro eo, propter quod non orandum sen-  
 tit, & hoc ipso confitebitur opus veniam dignum, & faciet ei  
 iniuriam. Suspedit in dubium: ergo etiam incerta orare oportet  
 non tantum operari? Gratias vobis Magistri nostri, quod  
 nihil incertum nobis relinquitis, nec hoc quidem certum faci-  
**D**ed facessant ista. Exemplum (tis, an sint incerta oia  
 huius regulae, Opus bonum est sine peccato, plane deest  
 in hac vita, quod Paulus (ut diximus) non audet hoc asse-

rere de suis operibus. Nihil mihi (inquiēs) cōscius sum 18. Deli-  
sed nō in hoc iustificatus sum. Certos āt nos esse opor- ~~et qui s in-~~  
tet, ideo deus in gratia sua nobis puidit hominē, in q̄ tellavit.  
cōfideremus, & nō in opera nostra. Nā quāuis p̄ donū  
fidei nos iustificari, & p̄ gratiā suā nobis factus fit, p̄  
pitius, tamē ne vagaremur in nobis ip̄is, et in his donis  
suis, voluit vt in Christū niteremur, vt nec iustitia illa  
cepta nobis satis sit, nisi in Christi iustitia h̄ecreat & ex  
ipso fluat, ne quis insipiens, semel accepto dono, iā satur  
& securus sibi videat, sed in illū nos rapi de die in diē  
magis voluit, nō in acceptis cōsistere, sed in Christum  
plane transformari. Illius, n. iustitia certa & ppetua est,  
ibi nō est nutare, ibi non est deficere, ipse dñs omniū.  
Ideo Paulus mira diligētia q̄ties fidē Christi p̄dicat, sic  
p̄dicat, vt nō tantū p̄ illū aut ab illo sit iusticia, sed etiā  
in illū, vt nos in ipsum referat & trāsformet, et velut in  
absconsūm ponat, donec transeat ira. Sic Ro. v. Iustifi-  
cati ex fide pacē habemus ad deū p̄ dñm nostrū Ihesum  
Christū. Ecce fides nō satis, sed fides q̄ se sub alas Ch̄ri  
recōdat, & in illius iusticia glorieſ. Et iterū, Per quē ha-  
bemus accessum ad deū, p̄ fidē in gratiā istā. Iterū fidē  
sic docet, vt eā sub alas Ch̄ri proiiciat. Et Colos. i. Et p̄  
eū placuit recōciliari oīa in ipsum. Ecce p̄ eū in ipsum,  
Et vltra, Pacificās p̄ sanguinē crucis eius, p̄ ipsum. Ecce  
p̄ sanguinē crucis eius, p̄ ipsum. Quid istis vult Aposto-  
lus, nī q̄ nō satis est illa fides vaga Sophistarū, q̄ accep-  
to dono putat opari; sed ea demū fides ē, q̄ te pullastrū

Q. ij

Christū gallinā facit, vt sub pennis eius speres. Nā sa-  
 lus in peninis eius, ait Malachias, vt scilicet nō in fide ac-  
 cepta nitaris, hoc est, n. fornicari, sed fidē esse scias, si ei  
 adheseris, de ipso presumperis, qd' tibi sanctus iustus qz  
 sit. Ecce haec fides est donū dei, quæ gratiā dei nobis ob-  
 tinet, & peccatū illud expurgat, et saluos certosqz facit,  
 nō nostris sed Christi operibus, vt subsistere & perma-  
 nere in æternū possimus, sicut scriptum est, Iustitia eius  
**D**ices autē, Videmini ver- (manet in seculū seculi.  
 bī cōtrouersia torqueri, quando in summa conuenitis,  
 neutri asserētes dānabile esse illud reliquū baptismi, si-  
 ue peccatū sit siue poena. **R**espōdeo, de fine concorda-  
 mus, esse scilicet innoxiū, sed nequaçz de causa ipsa. Nā  
 ipsi naturæ tribuūt qd' gratiæ dei est, quod ferendū nō  
 est. Deinde securos faciūt homines, ne peccatū expur-  
 gent. Minuūt etiā mysterii Christi notitiā, per hoc &  
 laudē & amore dei, dū nō cōsiderāt effusissimæ gratiæ  
 bonitatē sup̄ peccatores expansam, sed innocentē natu-  
 rā faciunt, atqz si nihil aliud obstaret, sine scripturis lo-  
 quunt̄, tum scripturæ synceritatē sine causa perdūt, &  
 intelligentiā rerū obscurant. Quo fit, vt amissa simpli-  
 citate sua scandalū fiat, qd' nos ab ipsa longius ducat, si-  
 cut cōtigit, dū primo admisimus hominū glosas tanç  
 pias & lucidiores qz sit scriptura, tandem & huius glosæ  
 aliā glosam, vt iā nō sit modus glossas glossarū augēdi  
 & nos in cōfusionē verborū confusissimā trahēdi, do-  
 nec prorsus nihil Christianarū rerum amplius noscere

mus, & iā gentiles insanias nostris pares & vtiles arbitraremur. Ita scandalū & excelsa tollenda sunt, & viae Sion, quae diu satis luxerūt, aliquādo terendæ iterū, ac puro nos tritico simplicis & sincere scripturæ pasceret. Vides. n. & hic Latomū oīa glossis hominū incerta facere, præter ea quæ sunt hominū & philosophorū, adeo ut et hūc locū Pauli dupliciter exponere licere putet, de homine sub lege, vel de homine sub gratia. At hoc est nihil docere, sed animas cōfundere. Negādi & reprobādi profsus sunt, q Paulū hic de homine sub lege loqui affirmāt, cū verba satis sint apta & clara, q delectet in lege dei, & seruiat mente legi dei, qd nulli impi potest quadrare, q totis viribus repugnat legi dei, sicut c. ij. & v. docuerat. Meū consiliū sit, q sacras literas nō pōt certo sensu tenere, eas dimittat. Tūtius est cū laicis ignorare eas, q incertas habere. Incredibile est, quātas molestias Satan p eas faciat morituro, si ambigūas habeat, vt sophistas in hoc suscitatos putē a diabolo, vt eas incertas faciāt requiuocatiōb. et ludibriis suis.

**Q** Quærimus igit̄ hic, vbi est ille testimoniorū pōderator, q rationē reddere voluit p Louamien Magistris libus nostris? Nōne ipse nihil certi afferit? Nōne solū hoc agit, vt Lutheri sentētia sit cōtra suā dubiā sententiā? At illi q dānauerunt & exusserūt, alii fuerūt. Nempe, q voluerūt suā assertā, certā & infallibilē sententiā esse, vt nō solū possit, sed debeat quoq̄ sic dici. Et pro his misericordis nihil loquit̄ Latomus, cū pro iis solis loqui

Q ij

promiserit adeo fidēs, vt pudendū iactarit, in re tā certa rationē petere. Sed vt dixi, nō suae rationi sed bullæ nixi sunt, vt auderet pdire, nec aliud prodeūtes q̄rebāt, q̄b ut scripturas lacerarēt & os orbi oblinirent, cū suo, Potest sic dici. Si autē sic etiā de furore suo sensissent & dixissent, Potest sic dānari & exuri, sed nōdū dicimus, q̄ debeat & oporteat sic damnari & exuri, respōderet opus eorū verbis eorū. Nūc quales declarent seipsoꝝ, q̄s nō videt: q̄ hoc p̄ certo dānarint, de q̄ hodie quoq; incertos esse seipsoꝝ cōfitenſ. Nā etſi patres sancti quādoq; dubitēt & varient in scripturarū sensibus, nunq; tñ furorē hūc addiderūt, vt affligerēt, alienac; dānarēt & exurerēt. Igīt ratio illa nondū pdit, quæ p̄mittit p̄ istum ponderatorē. Nā vt Lutherū et sententiam eius eludat, ſuā tñ nō probat, nec meā improbat, sed vtrac; incertā facit, cū vtrac; ab eo inducta expositio esse vera non possit. Quare cōcludo Magistros noſtralēs cū me dānarēt, fuisse iſfanos, & qui nescirēt quid facerēt. Testis est Latomus eorū patronus, qui ideo hunc librū scripsit, ne orbem hoc diutius lateret.

**C**ū ego dixiſsem, repugnare legi aliud nō eſſe q̄b pecare. Nō agere bonū eſſe cōtra legē. Respondet, Quod Aug. audeat aſſerere, nō eſſe peccatū, niſi cōſentiantur. Tum ipſe addit, Et nihil dānatōis in eis eſſe, qa nō pecant. Vide nequitiōſum ſophiſta vt oīa deprauet. Quis nō videt Aug. hic: loqui de mortali peccato, qđ fit cōſenſu in cōcupiſcētias peccati, nō tñ negat iſtos motus

## AD V E R S V S L A T O M V M

69.

esse venialia peccata. Adhuc Latomus hoc cōtra Lutherū esse fingit, nō q̄ ignoret me loq de peccatonō morali seu dānationis, sed q̄ malitia agitatus optet mea sic intelligi. Iam quā Latomiana dialectica, nihil dānationis q̄a nō peccant, Ergo ex opposito cōsequētis oppositū antecedētis sequit̄. Venialiter peccātes, peccat ergo nō nihil dānationis est illis. Hoc est Apostolū Paulū Lōuanialiter interpretari. Peccatū veniale sine dānatione asserūt, meū autē illud peccatū dānationis faciunt. Nec dignant̄ meminisse, q̄ crebro ego quoq̄ illud induxerim, qd̄ Paulus ait, Nihil esse dānationis, licet nō nihil sit peccati, q̄a tot de peccato præmiserat, sed ideo nihil est dānationis, nō q̄a nō sit ibi peccatū, vt Latomus mentit̄, sed q̄a sunt in Christo Ihesu, dicit Paulus, id est, pulla stri sub gallina & sub vmbra iustitiae illius pausant, seu vt Ro. v. clarius dicit, Gratia & donū in gratia illius habet. Deinde nō ambulat secundū peccatū seu carnē peccati, id est, nō cōsentit̄ peccato, qd̄ reuera habet. Deus ēm̄ eis puidit duo robustissima munitissimac̄ firma, mēta, ne hoc peccatū eis sit in dānationē. Prīmū, ipsum Christū ppitiatoriū (vt Ro. iiij.) vt sub huius grā tuti sint, nō q̄a credūt & fidē aut donū habet, sed q̄a in grā Chri habet. Nullius. n. fides subsisteret, nisi in Chri p̄pria iustitia nitere, et illius ptectiōc seruaret. Hec ē. n. fides (vt dixi) vera, nō absoluta īmo obsoleta illa q̄litas in anima, vt illi fingūt, sed que se a gratia Christi nō patiēt auelli, nec alio nitit̄, quā qd̄ scit, illū esse in gratia dei.

nec posse damnari, nec aliquē, qui sic in eū se proiecerit.  
Scilicet tā magna res est hoc peccatū reliquū, sic intole-  
rable iudiciū dei, vt nīl elī p te opponas, quē sine om̄i  
peccato esse nosti, subsistere nequeas, id qd' facit fides

2. **C**alterū est, qd' dono accepto nō ambulant *(vera.*  
secundū carnē, nec obediūt peccato, sed prius illud prin-  
cipale & robustissimū est, licet & alterū sit aliqd, sed in  
virtute prioris. Quia pepigit deus pactū iis q sunt hoc  
modo in Christo, vt si pugnēt cōtra seiplos & peccatū  
suū, nihil sit dānationis. Nō ergo nihil est dānationis, vt  
Latomus delyrat, quia nō peccat, aut nō sit peccatū in  
opere bono. Hoc fingit sophista, extra & cōtra apertū  
textū Pauli e pprio capite. Sed qa sunt( ingt ) in Ch̄o  
Ihesu, & nō ambulat secundū carnē, manifeste de mora-  
tali peccato loquēs. Solū hoc agūt sophistæ, vt hoc pec-  
catū extenuēt, qd' deus tantū exaggerat, vt filiū suū si-  
bi velit opponi, & homines oēs hoc vehemētissimo iu-  
dicio Christū vrgere & cōpellere, vt sub alas eius tre-  
mētes, desperātes, anhelantes sese recipiāt. At isti huius  
peccati negatores, faciūt oscitātes & securos homines,  
in accepto dono, p hoc & Christi gratiā vtilem, et mise-  
ricordiā dei leuē, ad q sequi necessario oportet, frigus  
amoris, segniciem laudis, & temporē gratitudinis. Nihil  
de Christo hī prorsus sciūt. Tu ergo caue illos pestilen-  
tissimos, & disce opera dei magna, mirifica & glorio-  
sa esse, ideo scias tete nō posse hoc peccatū satis exagge-  
rare. Necq; n. malū eius ullus hominū ynq; inuestigare

A D V E R S V S L A T O M V M. 65:

aut cōprehēdere penitus potuit, cū sit infinitū & æternū, vt rursus opera dei cognoscas in Christo tecū facta esse immēla, vt qui tā potentē tibi in Christo gratiā præordinarit, que tāto malo nō patiatē tete perdi, & q̄ tāto malo dignus sis, tñ illius hominis gratia, nō solū illo nō perdaris, sed etiā tandem ab eo libereris. Magnificāda est gloria gratiæ, nec pōt satis magnificari, ita vt Paulus exclamat Gratias deo p̄ inenarrabili dono eius. Ne ergo auscultes frigidis istis & languidis sophistarū sibilis de operibus bonis sine peccato, de fide infusa, de fide acqui-  
sita de lib. arbitrio, somnia sunt & ludicra ad istā rem se-  
riā. In Christū tete rapi oportet, sicut Isaías. n. dicit. Ingre-  
dere in petrā & abscondere fossa humo a facie timoris  
dñi & a gloria maiestatis eius. Et in Cant. colūba mea  
in foraminibus petræ in cauernis maceriae. Noli errare.  
Magnitudo protectiōis satis indicat, quantū sit peccatū  
istud, nisi Christū filiū dei existimes ligneā aliquā ima-  
ginē esse. Oēs sancti tremūt hoc iudiciū, & nisi Christū  
opertore habeat, percūt̄ et nos adhuc disputamus & lu-  
dimus, in operibus bonis peccatū esse. Sic scilicet de tre-  
mēda maiestate æterna sapimus, quasi de homine quo-  
uis disputemus, quando de illa disputamus.

**D**einde pcedit distinctor dices. Duabus causis viciū  
qd' cōtra legē dei esse videt, nō esse peccatū. Prima, dum  
abest v̄sus ratōis, vt in furiosis, dormiētibus, infantibus.  
Secūda, dū nō cōsentit illi, vt in virginibus &c. Quis ite-  
rū hic nō videt defendi nō Louaniēn, q̄ Lutherū dāna-

R

uerūt de peccato illo in sanctis seruiente p gratiā dei. Sed  
 factos aliquos morpheos , q dānarint eū, q peccatū mor-  
 tale in opere bono posuerit? Plane nullus hactenus so-  
 phistarū me tedio vicit, præter hūc Latomū, tanta est in  
 homine nequitia & nugādī insania. Nā tā hebes nō est,  
 vt nō intellexerit, me de eiusmodi peccato nō loqui, sup  
 quo patrū dicta citat, & ipse blatterat, cū hoc s̄epius sele  
 nosse testet, sed mera neqtia est, q̄ cōtra ppriū testimō-  
 niū de peccato dānationis me locutū esse iactet, & orbi  
 ( vt dixi ) imponat. Tale est & illud, quod pronitatē ad  
 malū non impedimentū virtutis, nec malū nec peccatū  
 dicit, imo pfecit ( inq̄t ) martyribus ad bonū. Quid au-  
 dio? profecit eis ad bonū, ergo nō est peccatū. Vides vt  
 insignite gratiā dei blasphemare voluerint sophistæ. Nā  
 hoc qđ gratiæ dei est, peccato impudētissime tribuunt,  
 Diabolus tentator pficit sanctis in bonū, ergo eius ten-  
 tationes nō sunt malæ neq̄ peccata. Vincēda sunt mala  
 pronitatis, ergo nō sunt mala. Obscro , q̄ iste sophista  
 meā tentat pacientiā egregie. Vere si qđ peccauī in libel-  
 lo cōtra eorū dānationē edito, hic abunde pœnitētiā ago,  
 incredibilē hebetudinē, inscitiā & maliciā eius ferendo,  
 ideo.n. peccatū est pronitas , q̄a resistit & negociū facit  
 martyribus, quancq̄ hinc virtus gratiæ elucescat magis.  
 Nō debet autē hoc negociū esse, si iudiciū dei spectes. Mi-  
 sericordiæ est qđ parciē, domi diuini est qđ vincit. Tu  
 lector vide, quo parricidio reus fuerim, quando hos ho-  
 mines truncō stupidiores finxi.

## ADVERSVS LATOMVM 66.

**C**Etiam hoc addit, Peccatum non esse nisi voluntarium, praesertim actuale, ergo in opere bono non est peccatum, terret consequentia a Latomo ad Latomum. Vel quia Grego. dicit, Nunquam vasis irae redderet deus interitum, si non voluntarium inuenirent habere peccatum. Et quod reddit interitum infanticibus & ignoratis? Sed & Grego, hic de vasis irae & peccatis eorum loquitur, quod Lato. intelligit de peccatis sanctorum in bono opere, alioqui quod contra me induceret? Quid alioqui ficeret ad ppositum? Peccatum. n. a me dictum impugnat, & hoc non esse per Grego. probat, quia solum voluntarium esse debet. Sed fessus sum. Valeat sycophanta insultissimus, qui nec me, nec se, nec patres, nec scripturas uno pilo intelligit, ac si intelligat, intelligere non vult. Nihil recte actum est in hoc toto libro, quod quod Luuanien. incendiariis & Antichristianae bullae, dignus datum est patronus. Apostolum ipsum videamus & glosas eorum iuxta positas consideremus, ut discamus, quot repetente noua vocabula nascent. Scimus (inquit) quoniā lex spiritualis est. Ego autem carnalis venundatus sub peccato, id est, ut illi dicunt. Ego sum infirmus & punitus venitus datus sub poena. Tum spiritualis, quia per Antithesin dicitur idem erit quod sanus, sine poena redemptus de poena. Deinde, Quod enim operor non intelligo (id est, poenam patior) Non. n. quod volo bonum (id est, impunitatem) hoc ago, sed quod odio malum (id est, poenam) hoc ago. Si autem quod nolo illud facio, consentio legi (id est, impunis sum) quoniā bona est (id est, impunitas est)

Pauli expositio Latomiana.

R. ij.

L V T H E R V S

Nunc autē nō ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū ( id est, poena ) Scio n. qā nō habitat in me, hoc est in carne mea, bonū ( id est, impunitas ) Nā velle adiaceat mihi, perficere autē nō inuenio. Nō. n. qd' volo bonū ( id est, impunitatē ) hoc facio, sed qd' nolo malū ( id est, poenā ) hoc facio. Si autē quod nolo illud facio, iā nō ego operor illud, sed qd' habitat in me peccatū ( id est, poena ) Inuenio igit̄ legē volenti mihi facere bonū ( id est, impunitatē ) quoniā mihi malū ( id est, poena ) adiacet. Cōde-  
lector. n. legi dei ( id est, impunis sum ) secundū interio-  
rē hominē, video autē aliā legē ( id est, poenā ) in mēbris  
meis, repugnantē ( id est, pcena afficiētē ) legi mentis  
meæ ( id est, impunitati meæ ) & captiuantē me ( id est,  
poena trahentē ) in legē peccati ( id est, in poenā ) quæ est  
in mēbris meis. Infoelix ego homo, qs me liberabit de  
corpore mortis huius ( id est, poenæ huius ) Gratia deo-  
per Iesum Christū dominū nostrū. Igitur ego ip̄e seruo  
mente legi dei ( id est, subditus sum impunitati ) carne au-  
tē legi peccati ( id est, subditus sum pcenæ ) Nihil ergo  
**E**st hoc Paulū elucidare, vt dem ( dānationis est &c.  
bene & vere sic dici ? At patres sic dixerūt, sed nunquid  
p̄ceperunt, aut p̄cipere potuerūt sic dicendū esse ? Nōne  
obediendū est magis deo q̄z hominibus ? Paulus præci-  
pit & præcipiendi ius habuit, vt vitares p̄phanas vocū  
nouitates, & loquereris vt ip̄se loquit̄, & sacris vocū an-  
tiquitatibus inhereres. Quid. n. p̄phanū ? nōne qd' nō  
est sacrū ? At humanū nō est sacrū, deinde nouū, qā nō

A D V E R S V S L A T O M V M. **6A.** Homousion.

ab Apostolis positū. Nec est qđ mihi homousion illud ypostasis.  
obiectes aduersus Arrianos receptū. Non fuit receptū a  
multis, iisq; pclarissimis, qđ & Hierony. optauit abole-  
ti, adeo q; nō effugerūt periculū, hoc inuento vocabulo,  
vt Hierony. quāerañ nescire, qd veneni lateat in syllabis  
& literis, adeo illud Arriani magis q; scripturas etiā ex-  
agitabat. Nec Hilarius hicaliud habuit qđ responderet,  
q; idē p id vocabuli significaret, qđ res esset, & tota  
scriptura haberet, id quod in p̄senti nō dat. Nullo. n. lo-  
to scripture, peccatū, p poena ista, sed cōtra vbiq; p ma-  
lo legi dei aduersario, accipit, vt similitudo etiā (qua La-  
tomus vel sola Theologus est) hic nō habeat locū. Iam si  
esset similitudo & exemplū valeret, tñ nō esset trahendū  
in consequentiā, sed indulgendū patribus, q semel extra  
scripturā posuissent vocē prophanā. Alioqui, si exēplū  
statuas, totā scripturā licebit in alias voces mutare, sicut  
sophistae fecerunt. Quod si odit aña mea vocē homou-  
sion, & nolim ea vti, nō ero hæreticus. Quis. n. me coget  
vti, modo rem teneā, quæ in Cōcilio p scripturas defini-  
ta est: Et si Arriani male senserūt in fide, hoc tñ optime,  
sive malo sive bono anīo, exegerūt, ne vocē pphana &  
nouā in regulis fidei statui licet. Scripturæ. n. sinceritas  
custodienda est, nec præsumat homo suo ore eloqui, aut  
clarious aut securius, q; deus elocutus est ore suo. Qui ver-  
ba dei nō intelligit in rebus dei, p se loquētis, nō credat se  
intellecturū verba hominis de rebus alienis loquētis. Ne-  
mo melius loquit, q; qui optime intelligit. Quis autem

R. ij

res dei intelligat melius q̄z deus ipse: imo quantū est id quod homo intelligit de rebus dei:

# **D**et potius honorē deo, miser homo, & vel confiteat se nō intelligere verba eius, vel omittat prophanare ea vocibus suis nouis ac p̄priis, vt pura nobis maneat genuina specie amabilis sapiētia dei. Quare dicant patres, quicquid possint. Pauli huius verba volo in hoc loco, id qđ sonāt significare, cōtemptis fragmentis illorū de reatibus ac debitibus, & id genus nugis, magis intellectū obſcurantibus q̄z iuuantibus. Facilia, apta, fidelia sunt verba Apostoli, nō egent humanis facibus ardentissimi fūgentissimic̄ soles illi. Tu dícis, nō est reatus, non est debitū ibi, ergo nō est peccatū ibi, visus tibi pulchre locutus, cū obscurissime, & vt Nehemias dicit, Asotice loquaris & linguis populī & populi, iā dudū oblitus linguae sanctae & paternae. Faceſſant barbaræ linguae, & natuā genuināq̄ reuocemus. Cur. n. non multo purius & lucidius dícis, Non est ira sed gratia ibi! Ideo peccatū ilud, quāq̄ verū peccatū sit, nō dānat ibi. Iohānes Euāgeſta verū venenū bibit, sed nō occidit eū, quia virtus ſidei erat ibi, quæ verū venenū nō fecit eſſe aliud q̄z verū venenū, aut poenā vel infirmitatē, ſed ne noceret, prohibuit. Quod ſi alius bibiſſet, vere mortuus eſſet. Christus dicit, Si mortiferū quid biberint, nō eis nocebit, nō dixit nō erit amplius mortiferū, ſed nō nocebit, quia in nomine meo bibent, alioqui quæ miraculi gloria, ſi mortiferū eſſe definat, cum potatū fuerit: Ignis Chaldeus vere

ignis fuit & permanxit, sed non læsit tres viros, nō quia ardere & vrere nō posset, sed quia illos non posset, cum cæteros ante fornacem vticq; consumeret. Ita hoc peccatum verū peccatum est, quod alios oīnes iræ subiicit, hos non subiicit, quia hi, non illi, antidoton habent, nempe dominū dei in gratia vnius hominis Ihesu Christi, quo imbuti non ambulant secundū carnem. Nonne hæc tam clara & facilia sunt, vt nullus tā tardus sit, qui nō facilli-  
 me cōprehendat? cum interim subtilitates illas, reatuū, Barbarici  
Theologasti  
& Silvai.  
 debitorum, formalium, materialiū, peccati, priuatio-  
 nis, habitus, actus, expulsionis, infusionis, remissionis,  
 qualitatū, formarū, subiectorum, bonitatis intrinsecæ  
 & extrinsecæ, malitiæ intrinsecæ & extrinsecæ, congrui  
 meritorii, generis honorū, acceptati, deacceptati. Et q̄s  
 ranarum & muscarum istarum voces omnes audiat, ne  
 dū recenseat? ipsimet nondū concorditer capiant, qui  
 aliorū Magistri sunt, tantū abest, vt aliquando miserū  
 vulgus ex ipsis verā peccati & gratiæ cognitionem acci-  
 piat, cū hic philosophiæ etiā nouissimas feces & decies  
 excretas vorasse oporteat antequā qd reatus aut debitū  
 sit, intelligas. Faceſſant ista absurdā et mōſtra sophistarū  
**V**ere ergo dicit, Ego autem carnalis sum, non dicit Carnalis fui, venūdatus sub peccato. Proba igit̄ mihi, q̄ carnalis in scriptura significet, penalitatibus & infirmi-  
 tatibus subiectum. Carnalem vero se dicit, non quia to-  
 tus sit carnalis, sed mente est spiritualis, carne carnalis,  
 sicut mente liber a peccato, carne venūdatus sub peccato,

L V T H E R V S

sicut dicit mēte scrūtio legi dei , carne autē legi peccati. Nō te hic fallat Latomus, duas faciens voluntates. Vnus est homo Paulus, qui vtruncq; de se confitef / alio & alio respectu, sub gratia est spiritualis , sed sub lege carnalis , Idē idē Paulus vtrobicq;. Donū facit / vt sit spiritualis et sub gratia , in gratia vnius hōis I. Christi. Peccatū facit, vt sit carnalis sed nō sub ira qā gratia & ira nō cōueniūt nec sese mutuo inpugnāt, nec alterū alterius dominat, sicut donū & peccatū faciunt. Ita. Qd. n. operor, ego carnalis, nō intelligo, intelligo autē ego spiritualis, alioq; quomo- do posset de se pñuciare, se esse nō intelligentē quid ope- ret̄. Deinde in sequētibus malū appellat, qd' operef: er- go intelligit malū qd' opera, sed carne nō intelligit qd' mente intelligit. Vere. n. peccatū in carne surēs, putat bo- nū esse qd' cōcupiscit, & ita facit homini quoq; appare- re nō videns q̄z malū sit. Nō. n, qd' volo bonū hoc ago, sed qd' odio malū hoc ago. Ecce intelligit bonū et malū. sed Paulus spiritualis sic intelligit & vult & odit. Carna- lis vere nō intelligit bonū & agit et amat malū , p bono. Proferat nunc scripturas Latomis qbus probet qd' car- nalis significet hic aliud q̄z in aliis locis, & q̄z exigit grā- matica & simplex significatio. Probet, q̄ intelligere & operari significant alind hoc loco q̄z in aliis. Probet qd' malū et bonū aliud hoc loco q̄z in aliis significet. Probet q̄ velle, nolle, odiisse, agere aliud significat hic q̄z in aliis locis, qd' cū nō possit, & eorū significatio pietati hoc lo- co nō obstet, quid est / q̄ hominū glossis moueamur.

A D V E R S V S L A T O M V M.

69.

Neq; n. nō pprie carnalis dicit, q ex parte carnalis est, sicut dixi, q nō ideo nō est homo qui infirmus aut parvus homo est. Vulneratū est caput hominis, & vere dicimus, homo vulneratus est. Et q pcutit pedē canis, verissime canē percussisse dicit. Ita nō intelligit Paulus, q a secundū carnē nō intelligit. Et operat, q a secundū carnē operat. Et agit malū, q a secundū carnē agit. Et malū est quia cōtra spiritū & bonum est. Neq; ideo nō operari, nō agere, nō malū esse, aut totus intelligere, dicēdus est, quia nō totus opera, nō totus agit, nō totū malū facit, aut ex parte intelligit. Sicut nō ideo non est vulneratus homo, quia nō om̄i parte vulneratus est & occisus, nec ideo canē nō percussisti, quia nō om̄i parte eū percussisti & occidisti, imo vulnerasti, percussisti, si vel minimū mēbrū eius lesisti, ppria & germana significatione verbi. Ita hic nō ideo nō est pprie peccatū, q a nō totū hominem occidit, dānat, irē subiicit. Gratia, n. et donū cōsernāt hominem vt nō possit peccare, id est, cōsentire huic peccati. **Dices**, neq; tu probas, peccatū alibi (to & perire. accipi hoc modo, q scilicet nō damnet. **Respondeo**, nec hoc est necesse, nec hoc institui. Hoc solū institui vt peccatū hoc loco idē significaret qd' vbiq;. Q, autē hic peccatū aliter tractari dico, hoc nihil ad peccati significatiōne pertinet. Scriptura peccatū vbiq; eodē modo accipit, sed nō vbiq; eodē modo tractat seu tractari describit, alibi peccatū fieri, alibi remitti, alibi puniri, alibi differri, alibi taceri, alibi confiteri, alibi negari describit.

S.

bit. Et q̄s actiones, passiones & accidētia peccati enūmeret? Ita hoc loco peccatū, qd faciat & patiat in gratia describit, nō negat peccatū esse, imo supponit peccatū factū & esse. Hic viētū rebellare spiritui dicitur, q̄ alibi victor regnare scribit, idē prorsus peccatū vbiq̄ sed nō vbiq̄ idē valens, faciēs & paciens. Quod autē alibi scriptura peccatū eodē accipiat modo, quo ad significationē, pbaui superius ex Paulo, q̄ Ro.vi. &. viij. ultra hoc. vij. Gal.v.i. Cor.v. Ephe. iiij. i. Cor.vij. Col. iii. Heb. xiij. sic accipit, dū incōtinentiā, libidinē, irā &c. vocat. Et. i. Iohā. i. Si dixerimus/quia peccatū nō habemus, nos ipsos seducimus. Sed aduersarii ne iota quidē pferre possunt, p̄ sua significatiōe. Prosequamur ergo Paulū, Si autē qd' nolo hoc facio, cōsentio legi, quoniā bona est. Mira cōpositio, cōsentit legi bonæ, sed nō totus, q̄a facit nō totus, qd' vult nō totus, necq̄ cōsentīes, necq̄ faciēs, necq̄ nolēs hīc totus est, sed idē qui cōsentit bonæ legi, facit qd' nō vult, id est, cōtrariū legi bonæ, quā vult. Nūc autē nō ego operor illud. Quis ille ego, q̄ nūc nō operat illud, qd' mox dictus est operari? Ille scilicet ego q̄ spiritualis sum, q̄a secundū hoc ego nūc aestimor in gratia, quæ nō sinit vt aestimer secundū peccatū, q̄ carnalis sum, abluta sunt oīa, & nūc aliis ego c̄p̄ ante gratiā, vbi aestimabar secūm peccatū totus carnalis. Sed qd' habitat in me peccatū, tu nō operaris, et tñ id qd' in te est operat? Manus tua pcutit me, et tu nō pcutis me? Ita sane, q̄a me inuitō id facit, & secundū hoc aestimor,

A D V E R S V S L A T O M V M. **Ao.**

vere tñ ego facio, q̄a pars mea facit, sed iā nō secūdū eā  
æstimor, male facit manus & mihi imputaret, nisi ani-  
mus innocēs esset, sed nō ideo malū nō est, qđ manus  
facit, sed q̄a nō imputat̄, nō imputat̄ autē propter ani-  
mū innocentē. Ita peccatū peccatū est vere, sed q̄a donū  
& gratia in me sunt, nō imputat̄, nō ppter suā innocen-  
tiā, q̄si nō nocēs sit, sed q̄a donū & gratia in me regnāt.

**S**cio, n. q̄ nō habitat in me, hoc est, in carne mea bo-  
nū, q̄a mea est, nō aliena caro, ideo qđ in ea habitat, in  
me habitare dicit̄. Qđ dulcissime Paulus medius ince-  
dit inter carnē & spiritum, synecdochis gratiofissimis  
vtrinc̄ festiuissime alternās. Vere ergo habitat pecca-  
tū in carne, & vere peccatū est, Iebusæus. n. est habitās  
in finibus nr̄is, futurus sudes in oculis & offendiculū a  
latere, si nō studuerimus delere eū. Quid sudes in ocu-  
lis, nisi lignū ante faciē in qđ impingas, si imprudēs in-  
cedas? Ita peccatū q̄ttidie ante nos versat̄, & in via no-  
bis obuiū est, tum etiā a latere sollicitat, nisi viriliter ex-  
purgetur, impingemus & scandalisabimur in eo. Ma-  
lus plane hospes, sed tamē habitat in carne in nobis, in  
nostra terra, in nostris finibus. Non ergo est bonū in  
carne, vere inquā nō bonū, nō solū pcena, sed peccatū.  
Nā velle mihi adiacet, pficere vero nō inuenio. Seīpm  
claritus exponit, quomodo spiritualis homo in peccato  
nō operat̄ malū, sed vult bonū, & tñ ppter habitās in  
carne peccatū nō pficit hoc velle, sed nō ideo nihil est,  
hoc velle, q̄a nō pficit, sicut ecōtra, nō nihil est malum,

L V T H E R V S.

quod habitat in carne, quātūuis ille ego nō operer, sed peccatū ipm. Vtrūq; dico, malū fit, et nō fit. Fit, qā peccatū facit illud. Nō fit, qui mens nō facit, nec vult, licet nō perficiat, ppter facere peccati. Obscro, nunqd tantā pugnā, tanta diligētia describeret, inter pcenā & sp̄ritū. Atq; id iterū in sophistas pugnat. Dicāt vbi vnq; poena (q; sese euoluere putāt, ne peccatū asserere cogāt) in scripturis illud esse doceſ, qd' fugiendū, cui resistendū, qd' tanto æstu dānandū sit. Nō est poena quā non ferri iubeat scriptura, ac p hoc nihil euasio ista valet, tā glosa q; textus eorū, res & vocabula sunt, extra totius scripturæ vsum, extra omniū piorū sensum, vt nō minor absurditas eos sequat̄ in glosa, quā fugere tentauerūt in textu. Absurdū. n. est, asserere, qd' nūsc̄ reperire ac pbare possis, sed oīa cōtraria solus audire cogarīs.

**Nō. n. qd' volo bonū hoc facio, sed qd' nolo malum,** hoc facio. Si autē quod nolo malū, hoc facio, iā nō ego operor illud, sed qd' habitat in me peccatū. Vide gratiae praeconē fidelē, repetit & inculcat diligenter, velut digito mōstrans, illud verbū. Si autē qd' nolo, qā superiorus videbaſ obscurius dictū, vbi cū dixisset similiter, Si autē qd' nolo hoc facio, antequā inferret, iā non ego operor, interposuit, cōsentio legi | quoniā bona est, hic autē mox infert, Si ego nolens facio, certe hoc nolle pbat, q; non ego iā operor illud, & tñ fit in me, ergo necessario peccatū qd' habitat in me illud operaſ, vt nēmo possit hūc locū, nisi de spirituali homie intelligere,

AD V E R S V S L A T O M V M **A.**

nec de iis, q̄ perpetrāt opera mala. Alterū.n.hic dicit  
q̄ alterū impediri, sic tñ vt sp̄ritus pr̄eualeat, & illi tri-  
buat, qd̄ nō opereſ, nō velit malū. Nō.n.vertit senten-  
tiā vt diceret, Nō.n.malū qd̄ volo, hoc facio, sed bonū  
qd̄ nō volo hoc facio. Si autē qd̄ nolo bonū hoc facio,  
iā non ego operor illud, sed gratia quæ habitat in me.  
Hæc.n.caro diceret, si regnaret sup̄ sp̄iritū sibi rebellē.  
Nunc cū sp̄iritus queruleſ & accuset carnē, patet, q̄ nō  
caro dominet, sed domināti sp̄iritui moleſta & rebel-  
lis sit. Nihil.n.pro carne, sed contra carnē loquit̄, quod  
nō facit homo carnalis extra gratiā constitutus. Nō er-  
go ſinit gratia dei hoc opus peccati ſibi imputari, quia  
reuera non ipsum operatur. Et tamen in eo eſt, vere  
quoc̄ ipſe operatur, vt ſatis eſt dictum.

**C**onuenio igit̄, volenti mihi facere bonū, quoniā mihi  
malū adiacet. Nō eſt.n.alius, qui vult facere bonum, &  
alius cui malū adiacet. Spiritualis vult facere bonū to-  
tus, ſed carnalis adiacet malus ipſe minus totus. Conde-  
lector.n.legi dei ſecundū interiorē hominē, video autē  
aliā legē in mēbris meis, repugnantē legi mentis meæ,  
et captiuantē me in legē peccati, quæ eſt in mēbris meis.  
Hic clarissime ſeſe explicat, delectari.n.in lege dei, non  
eſt, niſi pii & iuſti hominis, nec repugnat nec repugna-  
re curat legi membrorū, q̄ iuſtus nō eſt, Legē autē men-  
tis, nō vocat legē naturalē, quā dicūt, ſed opponit eam,  
legi mēbrorū, potius voluntatē ſpiritū ita nominat, q̄  
legi dei cōdelectat, cui opponit legē mēbrorū, quæ cō-

S ij

L Y T H E R V S.

delectat̄ legi peccati, vt sit & mēbrorū lex volūtas contraria voluntati spiritus. Repugnantē vero dicit, certe malū indicās non pœnæ sed culpæ. Malū est, n. legi dei repugnare. Iā non solū nō obediare, sed repugnare dicit qđ grauius est, ne parū æstimes peccatū reliquū baptismo. Magnū est, & magno dono dei tollit, & magna gratia ignoscit, pppter spiritū, q nō repugnat sed cōdelectat̄ legi dei. Et illud vltimū atrocius, qđ captiuat. Vide quæso, quātis verborū molibus & viribus id peccati exaggeret, quod illi sic extenuat et tollūt. Nō solū est nō solū viuit, nō solū vult, nō solū operāt, nō solū repugnat, sed etiam furit & captiuat. Obscro, hæc leuiasunt. Et qs nō sentit ita in se fieri? Quis nō furiosas libidinis, & iræ cogitatiōes & motus sensit vñq, quantumlibet inuitus & nolēs? Indomitus est furor eius, imo (qd̄ mireris) in impiis, nō sic furit, qd̄ nō sustinent eius impetū, cedūt & obediūt ei, ideo nūq experient, quantus labor, q̄ta molestia sit peccato reluctari et eius dñari. Militiā exigit iste impetus strenuā, vnde et Christus dñs exercituū vocat̄, & rex potens in prælio, quia hos magnos impetus p̄ donū suū nō solū sustinet, sed vincit etiā. Vide ergo, doni & gratiæ dei magnitudinē, vt tantū malū nō sit dñabile pii, fortiores sunt cogitatiōes malæ piorū q̄ impiorū, nō tñ polluūt, nō dñant, illos vero polluūt & dñant. Cur hoc? nōne vtrobicq idem peccatū vere idē peccatū, sed pii antidotū habet, illi nō habet, ideo pii in maiori impetu eius non peccat, cū illi

peccet in minori, nō quia non sit peccatum utrobicꝝ, sed hæc gloria gratiæ dei est, nō naturæ illius malæ. Si dea sit gratia, vere dānat, nunc naturā eius malā, gratia, ne dānet, phibet. Nō ergo nobis dñe, sed nomini tuo da gloriā. Nō est ( vt sophistæ delyrat) nullū peccatum tam furēs aduersarius legis dei, nō est poena, nō est infirmitas, sed magnū peccatum, vt psal. xvij. querit dices. Emūdabor a delicto maxīo. Absit hæc gloria nřa in ista mūditia nostra. Captiuare autē dicit, nō qđ spiritualis captiuet, sed qđ ex parte peccati est, nihil omitti, qđ captiuet spiritualis, qđ modo ipse Gal. i. dicit, Et vastabā ecclesiā dei, cū ecclesiā vastari sit impossibile. Sed nihil omittebat, quātū in eo fuit, qđ vastaret. Ideo nō dicit, hic repugnat et captiuatus sū, captiuat, sed ego nō captiuor. Qđ si etiā hoc dixisset, cogeret sentētia, intelligere. qđ ad carnē, sicut venūdatū sese dixit & carnalē secundū carnē, ita captiuū sese dicat secundū carnē, & hec mihi significatio vt simplicior, magis placet.

**I**nfoelix ego homo, qs liberabit me de corpore mortis huius. Hic peccatum morte vocat ( id est, maximā molestiā ) figuratiue, æmulatus illud Exod. x. qđ Pharaon petiit tolli locustas, Orate p me ad dñm, vt auferat a me morte istā. Odiosissimo. n. noīe appellat peccatum, sicut & ille locustas, pp̄t importunos, iprobos, incessabiles, indomitosqꝝ furores eius, p qđ nobis ī hac vita nō permittit pacē haberi, sed cōtinuo in acie stare cogit. Nec. n. Paulus hoc loco Latomi habitus dormitātes & qđ scēnes formidat. Nec Aug. hoc voluit qđ Lato, ei imponit

Véru est quidē, nō semp vna passione nos insanire, nō semp ardet ira, nō semp furit libido, nō semper torquet inuidia, sed vna succedit alteri. Et quādo oēs dormiūt, tepor & ignauia nō dormitat. Qd' si etiā strenue agas, supbia vigilat. Et vt verissime dixi, sicut sine carne non sumus, ita sine carne non operamur, ita nec sine viciis carnis sumus, nec sine eis operamur, vt lōge insufflissime Latomus ex particulari vel singulari syllogisarit, quādo sic arguit, aliquando passio quiescit, ergo nō est in omni opere bono peccatū, q dicere debuit, aliquando oēs quiescūt, & totū peccatū dormitat, qd' est impossibile. Quia caro res viua est, in assiduo motu est, q mutat, mutatis obiectis. In somno vero, qd' nō peccatū sit, etiā gratiae dei est, nō naturae, peccatū scilicet dñabile nō est ibi, nec obstat q v̄sus rationis non assit. Peccatū est, qd' pure dormire nō possumus. Quare nō mansimus in rectitudine, in qua pure dormire, & oīa pura facere poteramus? Nō excusat ebriū sua ebrietas, si quid per eā peccat. Cur non permansit sobrius? Quare nihil nobis, nostra gratia indulgetur, nihil ex nobis mundū est, sed ex sola gratia & dono dei. Quid excusat paruulos non baptisatos, quod damnantur in æternum?

**G**ratia deo p Ihesum Christū dñm nostrū. Gratias agit Paulus, nō suae iustitiæ, sed misericordi deo, idqz per Ihesum Christū dñm nostrū. Hunc, n. semp oppo- rit deo, sub huius alis sese abscondit, in huius gratia, de gratia & dono dei gaudet & gloriāt. Optat autē libe-

rari ab isto corpore. nō. n. ait, *Quis me liberabit a morte corporis huius, sed a corpore mortis huius.* Quia vidit, in hac vita nō possibilē Louaniensiū sanctorū mūdiciā, & tñ mundus esse optat, ideo mori optat. Hoc verbū impius nō dicit, aut si dicit, non hac causa dicit. Non. n. ppter poenā sic exclamaret, *sic morte inuocaret*, sed peccatū eū molestat nimio. Vides ergo hunc locū sanctissimis conuenire, eosq; pati peccatū indomitū & furiosum, vt discamus dei gratiā nō extenuare, extenuatis nostris malis, negādo ea peccata esse, p humanas glossas, sed ea magnificādo & exaggerādo quātū possimus, vt elucefcat, Cōfessionē & magnificētiā esse opus dei, qui est mirabilis in sanctis suis, faciēs oīnes voluntates suas in eis, cū nobis tñ peccata habere videamur, & vere habeamus. Quia volūtas eius nō est peccatū qđ in nobis est, sed sanctificatio nostra ab illo ipso peccato. Cōcludit ergo Paulus cōditionē vītē pii hominis in hoc seculo dices. Igīt ego ipse mente seruio legi dei, carne autē legi peccati, ego ipse vnius et idē homo. Nec officit cauillū Latomi, q putat hoc sic intelligi posse, sicut illud supra. Nō habitat in me, hoc est, in carne mea bonū. Ipsemet hoc Paulus sic exponit, dū dicit, *Ego ipse carne seruio legi peccati, nisi velis elegās glosator addere & dicere, Caro mea carne scruit legi peccati, quid. n.* esset hoc dicere; Clariora sunt verba t̄q; vt paciant̄ cālumniā sophistica. Ego ipse inquit, nō aliis. Deinde, seruio, inqt, nō tantū habeo peccatū, sed seruio ei, seu qđ

T

idē valet, caro mea seruit ei. Quid autē est seruire peccato? nōne facere eius voluntatē? nōne facere cōtra legē dei? At hoc facit caro, dū repugnat, dū captiuat, dū fuit, seruit. n. sic peccato, sed q̄a sp̄iritus nō obedit, nec vincit illius furoribus, ideo nō dānat. Seruitus peccati fit inanis, oēs conatus eius frustrant̄, sed non ideo nihil, aut nō mala est ista seruitus, nō ideo nō peccat caro, hac seruitute sua mala, quāq; in uanū seruit, & dñs suus peccatū nō præualet, imo ideo meret ipsa crucifigi & occidi ut desinat sic seruire. Nihil ergo dānationis est, iis q; in Christo Ihesu sunt, & nō secūdū carnē ambulāt, vere nihil dānationis, sed nō nihil peccati, peccati yō, nō qđ Latomus solus fingit se nosse, q̄ sp̄iritus seruit peccato extra gratiā, sed peccato, qđ tale esset, nisi gratia & donū in gratia vnius hominis præualerēt. Natura peccati est vere in eis, sed iā nō potest, quod potuit.

**D**ebet ergo Lato, pferre locū scripturæ, q̄ repugnare legi dei nō sit peccatū, sed poena seu infirmitas. Nam qđ dicit ex Aug. nō ideo peccare hominē, satis dictū ē, q̄ modo accipiendū sit, nēpe de peccato extra gratiā loquit̄, qđ ineptus dialecticus inducit, cōtra me de peccato intra gratiā loquentē, sicut vbiq; & in om̄ibus facit, petitioē principii solita disserēs, q̄si vicerit, peccatū in gratiæ hominibus nō esse. Si nō ptulerit locū, nos vrgbimus eū simplici & ppria verborū significatioē cōtentū stare, q̄ repugnare legi dei sit verissime peccare. Sic pbare debet, qđ captiuare in legē peccati, et seruire legi peccati, sit infirmū esse et nō peccare, alioq; yb̄is, vt

iacet, acceptis, statuimus esse idē qđ peccare, vbi cūq; qđ cūq; dicit seruire peccato aut legi eius. Sicut Christus Iohā. viij. Qui facit peccatū seruus ē peccati. Et. ij. Pet. ij. A q.n. qs superat, huius et seruus est. Et ip̄e Paulus Ro. vi. serui peccati fuistis, nūc autē liberati a peccato, serui facti estis iustitiae. Ita hic Paulus ipse seruus est peccati, sed q̄ addit, Carne, manifeste distinguit inter simpliciter seruire peccato (qđ Lato. solū vult et fingit se nosse) et inter seruire carne peccato. Nec est verū qđ Lato. ali- quādo nō seruirī peccato docet, nec hoc in seruitute pec- cati simpliciter, nec in seruitute carnē peccati verū est. Oia. n. q̄ facit, q̄ seruus peccati ē, peccata sunt. Donū. n. sui est, & seruitus nō operis, sed status nomē est, qđ to- tius vite studia cōprehēdit. Sicut ecōtra, aliud est simpli- citer deo seruire, aliud carne. Iusti simpliciter seruiunt deo, id. n. psonā respicit, sed hypocritae seruiūt ei carne tantū, q̄a solis operib, nō fide cordis. Atq; vt hi sunt hy- pocritae dānabiles, ita illi (vt sic dicā) hypocritae qdā sa- lutares, q̄a carne seruiūt peccato, & sunt mali in speciē, boni at̄ in veritate, atq; vt opera hypocritarū externa, nō sunt nihil, sed vere vtilia et bona, q̄a creature dei vti- les, ita peccata iustorū vere mala & noxia, q̄a opera pec- cati, atq; vt opera illa hypocritis bōa nihil, psunt, ita iu- stis sua peccata ista nihil nocēt. Qñ ergo ego dixi, quō sine carne vel volūtate carnis operari pōt, q̄ sine ea esse nō potest, nōne ineptissime Lato. opponit illud Pauli, Etsi in carne, nō tñ secundū carnē ambulamus, quasi

T ij

L V T H E R V S

sit secundū carnem ambulare/quādo sine carne nō ope-  
ramur, p qd' vult similitudinē quā de instrumēto cor-  
roso dedi euacuatā , adeo nihil videt hoc genus sophi-  
sticū. Paulus seruit carne peccato, & tñ nō ambulat se-  
cundū carnē, quāc̄ nec Paulū recte citat pōderator ille  
testimoniorū. Paulus,n.dicit,ij. Cor. x.In carne,n.am-  
bulates, nō tñ secundū carnē militamus, sensus tñ idē est.

**N**ā qd opus est oīa Latomī p singula psequi, cū ex his  
dictis abūde oīa sint cōfutata & mea roborata? Mon-  
strauī,n.satis Latomū totū cōsistere in petitione princi-  
pii, vt q peccatū nō velit a me accipi, nīsi sicut ipse acci-  
pit, & studiosa nequitia deprauat & mea & omniū pa-  
trū dicta, dū eos de peccato simpliciter loquētes, trahit  
contra peccatū in ḡra dictū, seu de peccato totius dicta  
aptat, vt sic dicā, peccato partis. Qd' facit, q̄a qd gratia  
& peccatū , qd lex & Euāgeliū , qd Christus & homō  
sit,cū suis sophistis nunq̄ cognouit. Nā qui de peccato  
& gratia, de lege & Euāgelio , de Ch̄ro & homine vo-  
let Christianiter disserere,oportet ferme nō aliter c̄p de  
deo & homine in Christo disserere. Vbi cautissime ob-  
seruandū, vt vtrāc̄ naturā de tota psona enūciet, cū oī-  
bus suis ,ppriis, & tñ caueat,,ne qd' simpliciter deo, aut  
simpliciter homini cōuenit, ei tribuat. Aliud eīm est, de  
deo incarnato,vel hoīe deificato loqui, & aliud de deo  
vel homīe simpliciter. Ita aliud est peccatū extra gratiā  
aliud in gratia , vt possis imaginari gratiā seu donū dei  
esse impeccificatū,& peccatū gratificatū,c̄p diu hic su-  
mus, vt pppter donū & gratiā, peccatū iā nō peccatū sit.

A D V E R S V S L A T O M V M.

Sed hec est meditatio ocio maiori tractāda. Quare hic  
sistā, donec ocio maiore frētus & alia dānem. Nā q̄ de  
peccitētia & indulgēciis differit, cū om̄ia ex humanis  
scriptis p̄bet, nihil faciūt. Nō. n. vel Greg. vel vllus an-  
gelus habuit aliqd statuere in Ecclesia, aut docere qd̄ e  
scriptura p̄bari nō possit. Et simul ex iis puto satis mō-  
stratū, Theologiā scholaſticā esse aliud nihil q̄ ignorā-  
tiā veritatis & sc̄adalū, iuxta scripturas positū. Nec mo-  
uet, q̄ Lato. me ingratitudinīs & iniuriāe insimulat in  
S. Thomā, Alexād. & alios. Male. n. de me meriti sunt.  
Necq; n. mihi ingeniū deesse credo, fatebit īp̄e Lato. stu-  
diū certe nō obscurū est. Meū vero cōſiliū dixi, vt adu-  
lēscēs vitet philosophiā & Theologiā scholasticam, vt  
mortē anīe suā. Nō sunt Euāgelia tā obscura, vt pueris  
ea nō possint patere. Quomodo sunt instituti Ch̄riāti  
tēpore martyrū, quādo ista philosophy & Theologia  
nō erāt: q̄ modo docuit īp̄e Christus? S. Hagne. xiij.  
annorū Theologa fuit, itidē Lucia & Anastasia, vnde  
illæ didicerūt? Neq; n. Vniuersitatū studia adhuc ali-  
quē martyrē aut sanctū, in tot seculis, de tanto nūero de-  
derūt, q̄ probet eorū institutiōes esse deo gratas & re-  
ctas, cū illi e priuatis scholis examina sanctor̄ mitterēt.  
Ex fructibus suis cognoscit̄ philosophy & scholastica  
Theologia. Nā de Thoma Agno an dānatus vel beā-  
tus sit vehemētissime dubito, citius Bonauentrā credi-  
turus beatū. Thomas multa h̄eretica scripsit, & autor  
est regnātis Aristotclis vastatoris piæ doctrinæ. Quid  
ad me, q̄ Bullarū Episcopus eū canonisauit? Arbitror

T ij

L V T H E R V S.

igit & mihi nō esse penitus crassum in rebus istis iudicū, q̄ educatus in eis sim, & coætaneorū doctissimorum ingenia expertus, optima istius generis scripta cōtempnatus, in sacris literis saltē ex parte eruditus, tū experientia spiritualiū istarū rerū nō nihil examinatus, quā ego Thomae defuisse clare video, & om̄ibus q̄ similia scribūt & docēt, ideo meo cōsilio q̄ volet, cautus sit, facio qd̄ debedo, & iterū moneo cū Apostolo, Videte ne q̄ vos decipiāt p̄ philosophiā & inanē fallaciā ( hanc ego scholasticā Theologiā interpretor fortiter & cū fiducia ) secūdū traditiōes hominū, secundū elemēta huius mūndi ( hæc sunt iura bullarū & quicqd vltra scripturas statutū est in Ecclesia ) & nō secūdū Christū. Clarū est hic solū Christū doceri & audiri velle Paulū. Quā yō Academiæ legat Biblia, q̄s nō videt: Cōfer legētes, scribētes sup sentētias, sup philosophiā, cū iis q̄ sup Biblia scripserūt, aut ea docēt ( cū illa potissima oīm florere & regnare debuerint ) & videbis q̄ loco, verbū dei

**C** Sed ad te reuertor Iona mi, ( Academiæ habeat, & hūc Latomū a me extrudo ad te, ne mihi vltra molestus sit, q̄ iā Epistolas & Euangelia enarrare vernacula coepi, quæ causa est, vt molestū fuerit eius sordes legere & respōdere. Si videbit̄ alio tēpore ad oīa respōdebo, modo exul, libris careo, & iudiciū illud hæreticorum magistrorum, q̄ ludeos ad nudā Bibliā cogere voluerūt, porto. Sola. n. Biblia mecum sunt, nō q̄ magni apud me penda libros habere, sed q̄ videndū, an dicta patrū

A D V E R S V S L A T O M V M. **A 6.**

ab aduersario bona fide citenſ. Nā Diony. citat de orādo deo p defunctis, cū ille de laudādo scribat, vt optie memini. Et q̄re vestrū alijs ad reliqua nō respōdet: vel tu, vel Andreas Carolostadius. Ecqd cessat Amisdorffius. An nō oīib. vobis pariter Euāgelii gloria vindicāda est. Caput ego cōtriui serpētis, corpus cur nō queatis calcare: Exēpli gratia, quādo illud Iob. ix. Verebar oīa opera mea, ille sic exponit, verebar, id est, obserua bā. Et illud psal. ci. Nō intres ī iudiciū cū seruo tuo &c. vbi ppheta iudiciū dei dep̄ca, qd̄ ille exponit sic. tota vita dei est sine peccato, et nullius hominis tota vita est sine peccato, ergo nō vult secūdū vitā dei iudicari. Itac p iudiciū dei vel cōspectū dei ille vitā dei facit. Vbi aut̄ in scripturis sic accipit̄: Ergo aliq̄ pars vitæ nr̄ae est, quæ possit dicere, Intres in iudiciū, quæ scilicet sit de nūero alio, q̄ eorū q̄ oēs viuētes dicūt̄. At patres ille inducit̄: Et patres nō fuerūt hoīes: Nōne istas nenias & similes p̄ facillime aliquis vestrū cōfutare possit: iudiciū dei opus dei est, q̄ nō suā vitā cōparat nobis, sed nr̄a examinat, alioq̄ q̄ absurditas, vt æterna vita cōparet momētanea: Multa & ferme oīa sunt huiusmodi. Vellem, n. & vos aliqd pro verbo facere, vt ego feriatus, & vulgo misero aliquādo seruire possim. Vos tyrones etiā oporet exerceri, atc̄ id optimū fuerit me viuō, si qd̄ forte iuuare queā. Sed quæso, en accipe librū, p̄ gaudeo illū apud me amplius non morari. Vale ex Pathmo mea.  
**XX. lunij. Anno. M. D. XXI.** 

1844505

ΑΛ ΑΥ ΜΩ ΤΑΣ, ΑΥ ΔΙΑ Σ Υ ΔΑ  
πλούτιον την περιφέρειαν της αστικής γεωγραφίας  
της πόλης είναι σημαντικός παράγοντας στην ανάπτυξη  
της πόλης. Η περιφέρεια της πόλης είναι μια  
περιοχή που περιλαμβάνει την περιοχή της πόλης, με  
την οποία η πόλη έχει συνδέσμους στην ανάπτυξη.  
Η περιφέρεια της πόλης είναι μια περιοχή που  
περιλαμβάνει την περιοχή της πόλης, με  
την οποία η πόλη έχει συνδέσμους στην ανάπτυξη.  
Η περιφέρεια της πόλης είναι μια περιοχή που  
περιλαμβάνει την περιοχή της πόλης, με  
την οποία η πόλη έχει συνδέσμους στην ανάπτυξη.  
Η περιφέρεια της πόλης είναι μια περιοχή που  
περιλαμβάνει την περιοχή της πόλης, με  
την οποία η πόλη έχει συνδέσμους στην ανάπτυξη.  
Η περιφέρεια της πόλης είναι μια περιοχή που  
περιλαμβάνει την περιοχή της πόλης, με  
την οποία η πόλη έχει συνδέσμους στην ανάπτυξη.